



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.



We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





111





\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

**C A T A L O G I**  
**LIBRORUM MANUSCRIPTORUM,**

QUI IN

**BIBLIOTHECIS GALLIAE, HELVETIAE, BELGII,  
BRITANNIAE M., HISPANIAE, LUSITANIAE  
ASSERVANTUR,**

NUNC PRIMUM EDITI

A

*Friedrich*

**D. GUSTAVO HAENEL.**

*A  
Z*

---

**LIPSIÆ,**

**SUMTIBUS I. C. HINRICHS.**

**MDCCCXXX.**



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 435

PHYSICS 435

PHYSICS 435

PHYSICS 435

Memorandum July 22, 1921 E.M.

---

## P R A E F A T I O.

---

**A**n**te** hos novem annos eo consilio domo profectus sum, ut accuratius complures libros manuscriptos, qui essent de quibusdam Iuris Romani partibus, inspicerem. Est igitur, quod ii, qui illius consilii meminerint, tum mirentur, de bibliothecis nunc a me edi librum, tum vereantur, ne consilio mutato illa studia abiecerim. Quocirca primum mihi dicendum videtur, qui factum sit, ut eiusmodi rebus operam dederim, nequaquam iis posthabitis, quas proficiscens mihi proposueram explorandas: deinde vero breviter exponam, quam rationem ordinemque in hoc libro componendo secutus sim.

Quum ante profectionem libros, qui de bibliothecis earum regionum scripti sunt, quas petiturus eram, evolvissem, putavi, omnes codices, qui ibi servantur, in illis indicari, si qua vero bibliotheca omissa sit, eam non ita magni faciendam esse. At postquam Galliam intravi, provincias aliquot peragrans, multas bibliothecas, quae partim novae erant, partim pluribus, quam opinatus eram, libris instructae, inveni, easque optimorum librorum plenas. His copiis Galliam esse ornata[m], ne fama quidem ad exteros erat perlata. Dum Gallia, exeunte saeculo proxime superiore, in summa rerum conversione et perturbatione versabatur, quidquid librorum in monasteriis et aedibus sacris reconditum atque abditum erat, in lucem protractum est. Ex his alii Parisios translati, alii direpti sunt, alii perierunt: longe autem maxima pars in vicinas urbes comportata est, ubi nunc ad haec fere bene disposita doctrinae instrumenta omnibus omnium gentium viris doctis patet aditus, isque propter comitatem facilitatemque eorum, qui illis bibliothecis praesunt, facillimus. Hae bibliothecae mihi erant investigandae atque perscrutandae. Nec vero solum ob libros ad Ius Romanum pertinentes id faciendum existimavi, sed etiam ob alios libros. Nam plerique viri docti, qui in aliis studiorum generibus vivebant, partim illustrissimi summaque pietate colendi, partim familiares, mihi mandaverant, ut, si quid offenderem, quod se scire sua interesse arbitrarer, sibi significarem. Inde factum est, ut in bibliothecis, quas primas perscrutabar, postquam iurisconsultorum codices evolvi, reliquorum quoque co-

dicum inscriptiones, et, si otii satis mihi relinquebatur, formam, aetatem materiamque, in qua scripti essent, in codicillos referrem, idque ipsum in aliis bibliothecis, quas illo tempore adeundi mihi non erat facultas, faciendum curarem. Brevi tempore, alias res agens, nequedum etiam de hoc peregrinationis opere cogitans, titulorum aliquot millibus collectis vidi, permultos maximi pretii codices exstare, qui adhuc incogniti essent. Qua de re quum viros illos certiores fecissem, literis ad me datis hortati sunt, ut, quae optimis omnibus inchoassem, ea strenue perficerem. Sed currentem, ut dicunt, incitarunt. Mihi enim iam delibatum erat, codices omnes describere, quoscumque in itinere invenissem, si per res, in quibus prae ceteris elaborandum erat, liceret. Quodsi illo tempore scissem, quantum laboris, molestiae, fastidii et collectio horum catalogorum et libri confectio esset allatura, haud scio an dubitaturus fuero, in suscepto consilio permanere. Sed quamquam interdum paullum aberat, quin incepti me poeniteret, mihi tamen susceptum negotium, quoad per tempora fieri posset, conficere visum est. Iter per Hispaniam Lusitaniamque faciens in ea incidi tempora, quibus populi motus ab iis excitabantur, qui spem suam in exterae nationis exercitibus, regi dominationem reddituris, posuerant. Quapropter bibliothecas adeundas non putavi, nisi optimas celebratissimasque. Multas quidem in iis res easque praeclaras inveni, neque tamen tantas, quantas ibi latere opinio iam invaluerat. Illa vero rerum confusio, quae in dies gliscebatur, saepe labori meo moram impedimentumque inferebat. Ubi res eo sunt deductae, ut me ubivis tutius, quam in istis regionibus, fore arbitrarer, periculis cessi. Olisipone navi profectus postquam in Galliam redii, aliis huius regni partibus peragratis, Italiam, Siciliam, Helvetiam, Belgium, Bataviam, Angliam, Scotiam, Hiberniam lustravi, ut et libros, qui meis studiis usui essent, indagarem evolveremque, et librorum manuscriptorum indices aut ipse conficerem aut ab aliis confectos colligerem. Utrumque vero negotium, quominus, quoad eius fieri posset, exsequerem, nullis neque incommodis neque difficultatibus deterreri potui. Etenim itinerum satis longorum laborem ad loca, ubi bibliothecas esse audiveram, saepenumero frustra suscepi. Nam alibi bibliothecas aut interisse aut venisse comperi: alibi custodes tam difficiles se praebuerunt, ut ne precibus quidem hospitem meorum, virorum ornatissimorum et honestissimorum, quibus studiosissime eram commendatus, permoveri possent, ut ad thesauros suos aditum mihi darent. Quos quidem multos nominatim proferre possum, sed aliorum virorum in me studia atque officia memoria repetere praestat. Neque tamen addere non possum, in Gallia numquam fere illud esse factum. Saepe quoque opus strenue persequi cupientem cessare coegit mos ille institutumque, quo bibliothecae paucis tantummodo horis, neque id quovis die, patent, imo etiam per integros menses (in Gallia per Septembrem et Octobrem) clausae sunt. Quod quidem institutum tantum abest, ut vituperem, ut contra probem et laudem. Sed ita natura sumus omnes, ut, quae nostris rationibus aliena sint, ea haud raro minus placeant, quamvis sapienter sint constituta. Praeterea in nonnullis Galliae bibliothecis libri et manuscripti et typis expressi in acervum coniecti erant, ita ut illos protrahi necesse esset; qua quidem re aliquantum me retar-

datum esse, nemo erit, quin intelligat. Plurimum vero me adiuverunt multarum bibliothecarum catalogi, quos, quum e Britannia Parisios redissem, in bibliotheca Instituti (de l'Institut de France) invenire mihi contigit. Napoleon hos conscribi ad eosque viros, quorum in tutela literas esse voluerat, mitti iusserat. Postea vero in illam bibliothecam translati sunt. Ea liberalitate atque humanitate, qua fere Gallos ita praeditos videmus, ut multis aliarum nationum viris, qui se liberales artes humanitatisque studia colere profitentur, exempla ad imitandum proponi possint, mihi illorum catalogorum facta est copia. Atque profecto magno mihi usui fuerunt. Horum enim cum iis, quos ipse literis mandaveram, comparatione facta, alias res emendavi, alias, quae in dubium incertumque revocatae essent, posterius expedire studui. Earum autem bibliothecarum, quas partim nondum videram, ut Argentoratensis, partim ob quasdam causas, quas commemorare non libet, videre non potueram, ut Vesontinae, catalogos accurate descripsi. Praeterea THOMAS PHILLIPPS, Anglus, et genere et animo nobilis, indice codicum manuscriptorum, quos eximios, ut est harum rerum acerrimus existimator, collegit, benignissime mecum communicato, haud parvum suppellectili meae incrementum attulit. Hac ratione satis multa collegeram, quae ad libros manuscriptos pertinent, qui in plurimis diversarum regionum bibliothecis servantur. Praeterea, quibus rebus bibliothecae locupletatae vel privatae sint, in codicillos retuleram. Quae quidem omnia qua tandem ratione ad literas adjuvandas optime collocarem, diu dubitavi. Primo cuncta in bibliotheca aliqua maiore reponere in animo habebam. Quum autem viri quidam docti, quibus dixeram, Montefalconii librum (Bibliothecam Bibliothecarum) in Galliae praesertim provinciis, nunc nulli fere usui esse, iudicarent, ea, quae collegissem, si typis exprimerentur, haud paullo utiliora fore, iis praesertim, qui eodem consilio, atque ego, essent peregrinaturi, multa in utramque partem mihi veniebant in mentem. Eodem accessit, ut viri duo, quorum flagrans literarum adjuvandarum studium nunquam satis commode laudari potest, DANIELEM HUBERUM dico, Basileensem, qui etiamtum in vivis erat, et ILDEPHONSUM AB ARX, Sangallensem, uterque quum propter scripta celebratus, tum de bibliothecis sibi concreditus meritissimus, se libentissime bibliothecarum suarum catalogos mihi tradituros ita promitterent sponderentque, ut simul typis describerentur, quae ipse collegissem. Has ob causas et quia mihi turbam librorum, qui aut supervacui sunt, aut nullum usum habent, his catalogis emittendis non adaucturus videbar, editionem parandam existimavi. Quomodo eam instituerim atque perfecerim, nunc deinceps breviter exponam.

Galliae bibliothecas propter multitudinem primo loco posui. His septem bibliothecarum catalogi, qui iam editi erant, interpositi sunt. Qua de re nemo, opinor, mecum expostulabit, qui perpenderit, istos, Lugdunensi excepto, vix in Germania reperiri. Iam enim bibliothecae, ut arbitror, omnes, quae in Galliae provinciis exstant, in hoc libro exhibentur. Verum Casirii quoque Bibliothecam Arabico-Hispanam Escorialensem et codices Graecos manuscriptos, quos Iriarte in Bibliotheca Matritensi enumeret, me recipere oportuisse, viri nonnulli, omni

doctrina atque virtute ornatissimi, iudicarunt. Quum talibus viris inconsiderate et temere egisse videri nolim, rationes, quas secutus sim, paucis exponere liceat. Primum illorum codicum, qui omnino CXXV numero fuerant, haud paucos belli tempore ablatos esse audiui: Casirii autem volumina non modo minus accurate scripta sunt, ut vir Arabicis literis eruditissimus censebat, sed etiam nimis fuse; ita ut eorum epitome tum ab aliquo linguarum Orientalium perito quam difficillime confici potuisset, tum mei libri fines excessisset: denique et Casirii et Iriartii libros, quos in compluribus bibliothecis invenerim, non ita raros esse putavi. Quae quum ita essent, officio meo satis esse factum arbitrabar, si utrumque librum commemorassem. Alcobacensis autem catalogi alia est ratio, quippe qui rarissime apud nos inveniatur. Quo factum est, ut opinio paene iam inveterarit, nescio quid magni atque praeclari ibi condi. Quae de Italiae bibliothecis literis consignaveram, praetermittenda censui. Nam alii, ut iam optimi libri non essent ignoti, fecerunt, ut FRIDERICUS BLUME, in libro, qui inscribitur *Iter Italicum*. Hic mihi, est enim mecum et studiorum similitudine et amicitiae vetustate coniunctus, significavit, se praeterea indices codicum, qui in Italiae bibliothecis sint, mox esse editurum. Quos ut copiosissimos et utilissimos fore speremus, facit ille liber proxime a me commemoratus. Postquam omnia, quae habebam, percensui delectumque habui, me CXL bibliothecarum catalogos maiores et minores posse proferre animadverti, qui omnes fere nondum editi essent. Quum nova edere vellem, neque acta agere liberet, octo illos, quos supra dixi, addere primo gravatus sum. Sed non vereor, ne aequis iudicibus causas non probarim, quibus permotus illud fecerim. Est igitur, quod mirer, quosdam, qui legissent illas literas, quibus rationem huius libri a me edendi exposueram, tamen putavisse, me omnium librorum manuscriptorum catalogos, editos etiam, in unum volumen redacturum esse. Isti videlicet illorum voluminum, in quibus codices descripti sunt, ne pauca quidem conspexerunt, quorum quidem omnium nunc tantus est numerus, ut ἄθος καμήλων πολλῶν expleant. Sed haec quidem de catalogis in unum versum.

Singulos cuiusque terrae catalogos eo ordine deinceps posui, quo litera literam sequitur. Nec vero nomina urbium posui Latina, sed vulgaria. Multarum enim urbium nomina Latina aut dubia sunt incertaque, aut a vulgari sermone mirum quantum discrepant. Saepissime indicavi annum, quo catalogi bibliothecarum ab aliis confecti sint, aut bibliothecas ipse inspexerim, vel ex literis ad me datis, quales sint, cognoverim. Catalogos bibliothecarum Galliae signis †, ††, \*, distinxi. Primo signo ii, quos Parisiis, ut supra dixi, inventos descripsi, notati sunt: eodem vero signo bis posito ii, quos a me antea in ipsis bibliothecis exaratos cum illis contuli, uno Argentoratensi excepto. Illo enim tempore nondum Argentoratensem bibliothecam videram. Descripsi igitur Parisiis catalogum, et quum paullo post Argentoratum venissem, optimos codices ipse inspexi. Denique aut asteriscum aut nullum signum addens hoc indicare volui, catalogos inter illos, qui Parisiis in bibliotheca Instituti sint, non inventos, sed a

me aut confectos \*) aut collectos \*\*) esse. Atque asteriscus quidem significat, me epitomen exhibere aut bibliothecarum, quarum optimos tantum libros manuscriptos brevitate temporis coactus accuratius inspicere potui, aut catalogorum, qui typis iam expressi erant, ut Lugdunensis et Aurelianensis. Nullo autem signo usus sum, quum tantum temporis erat, quantum ad codices omnes evolvendos describendosque sufficeret. Iis quoque catalogis, qui iam typis exscripti erant et integri a me repetuntur, nihil signi adieci, ne quis nimio signorum numero in errorem induceretur. His Rochellensis, utpote iam editus, adnumerandus erat.

Quod literis illis, quibus publice significavi, quae huius libri a me emittendi foret ratio, promiseram, me exposituram esse, quae bibliothecarum, quas viderim, conditio sit, quae incrementa ceperint, quas iacturas fecerint, id pro eo, ac potui, feci. Neque tamen in praefatione his de rebus mihi dicendum esse visum est, sed antequam singularum bibliothecarum codices enumerarem. Inprimis mihi dicendum videbatur, ubi libri, quibus bibliothecae in Galliae provinciis tempore illius rerum conversionis auctae sint, antea fuerint. Nihil vero narraui, nisi quod certis auctoribus comperi, aut ipsis bibliothecarum custodibus, aut aliis hominibus, qui vera me edocere et posse et velle viderentur. Saepenumero scriptores indicavi, qui uberius de huiusmodi rebus exposuerunt. Sicubi iisdem in urbibus vel aedibus, quibus bibliothecae sunt, archia conduntur, vel tabulae pictae, vel numi, id a me commemoratum est, neque tamen semper harum rerum rationem habui, quum eas minus curarem. Etiam impressos libros indicavi, eorumque, si fieri potuit, addidi summam, quam aut catalogi aut bibliothecarum praefecti significarent. Librorum vero manuscriptorum numerus aut a me ipso initus, aut catalogis adhibitis subductus est. Dies quoque atque horas, quibus bibliothecae patere solent, fere indicavi.

Iam vero dicendum est de ipsis, quos profero, catalogis. Librorum titulos accurate aut ex ipsis libris, aut ex catalogis ita descripsi, ut nihil mutarem, nisi menda manifesta. Scribendi enim rationem plerumque retinui, quippe quae saepe terram significet, in qua codex scriptus sit. Summam curam adhibui in describendis librorum orientalium titulis, quum istarum linguarum non sim peritus. Plurimis inscriptionibus non solum adiectum est, quo saeculo codices scripti esse visi sint, sed etiam, qua forma sint et in qua materia scripti. Quibus quidem notis fides habenda est maxima in iis catalogis, quos ipse confeci, minor autem in iis, quos confectos aut descripsi, aut describendos curavi: attamen in optimis codicibus vix ullum gravius erratum reperietur. Nonnumquam libros protuli, in

---

\*) Vid. Amiens, Angers, Autun, Auxerre, Blois, Bordeaux, Châlons sur Marne, Châlons sur Saône, Clermont-Ferrand, Colmar, S. Dié, Montpellier, Moulins, Le Puy, Rennes, Tours, Troyes etc.

\*\*) Vid. Aix, Caen, Carpentras, Grenoble, Lille, Limoges, Marseille, Nancy, Nîmes, S. Omer, Paris, Rouen, Schlestadt, Sens, Toulouse.

quibus de codicibus, de quibus agitur, quaedam dicta sunt. Plura de singulis codicibus afferre nolui. Neque enim me huiusmodi librum editurum esse cogitavi, quum hanc operam susciperem. Idcirco mihi et viris quibusdam doctis me satisfacturum arbitrabar, si nihil conscriberem, nisi indices librorum manuseriptorum. Postea quoque semper fere hac definita regione me continui. Diligentior et copiosior codicum descriptionem ab illis viris doctissimis expectamus, qui bibliothecis praesunt. Hi enim optime de literis meruerint, si Lambecii, Montefalconii, Bandinii vestigia persequentes in hoc genere elaborarint. Dum hoc fiat, viri docti haec tenuiora, quae profero, qualiacumque sunt, aequi bonique velim faciant. In nonnullis bibliothecis non omnes libros consignavi, sed optimos quosque et utilissimos elegi, qua de re supra dictum est. Ex plurimis vero omnes libros enumeravi. Eos tantum praetermittendos existimavi, qui viles atque inutiles videbantur; cuius generis erant ii, quos literarum studiosi in antecessorum scholis atque in seminariis, quae vocantur, exaraverant. Quorum quidem librorum permagnus erat numerus. Vereor autem, ne sint, qui parum multa a me reiecta esse dicant. At alia aliis probantur atque prosunt. In itinere enim quosdam conveni, qui genealogorum libros investigarent: alii vitas sanctorum codicesque sacrorum rituum anquirebant. Quin etiam in Anglum incidi, qui libros alchemicos atque magicos undique colligeret. Profecto in libris, qui multis nullius pretii esse videntur, saepe res memoria dignissimae insunt, quemadmodum in rudibus lapidibus auri particula latet. Sic vitae Sanctorum, quae vulgo spernuntur, magni momenti sunt ad illustrandam mediae aetatis historiam. Libros ipsos partim secundum bibliothecarum catalogos enumeravi, partim eo ordine, quo mihi sese obtulerunt. In nonnullis catalogis libri doctrinarum ordine dispositi erant, quem servandum esse duxi. Saepissime numeros adscripsi, quibus libri in bibliothecis signati sunt: nonnunquam eos addidi numeros, quibus olim erant signati. Quicumque hos catalogos evolverit, praestantiam librorum admirans optabit, ut illarum bibliothecarum cura semper sit commendata atque concredita fidelibus integrisque viris, qui haec civitatum decora atque ornamenta custodiant, tueantur, defendant, nec eripi neque surripi quidquam patiantur. Praecipue vero optandum est, ut Gallia thesauros suos non amittat, quae enim omnium ore atque sermone celebrantur communes Musae, eae apud Gallos sunt.

In *Addendis* multa archia commemoravi easque bibliothecas, quae libris manuscriptis non sunt ornatae. Scriptores, qui partim singulos bibliothecarum codices enumerant, partim quaedam tantummodo de bibliothecis proponunt, plerumque indicati sunt. Ea quoque, quae compereram, dum liber typis exscribatur, cum lectoribus communicanda existimavi.

Omnia diligenter, quantum per alia negotia licuit, antea perlegi, quam typographo tradere. Permulta erant delenda, innumerabilia emendanda. De multis nominibus in libris, quos equidem de eiusmodi rebus scriptos evolvere potuerim, nihil inveni. His igitur interrogationis signum (?) adscripsi: id quod tum

quoque factum est, quum aut de re aliqua subdubitabam, aut mendum scribentis subesse suspicabar. Me vero neutiquam putasse, nihil a me esse relictum, quod emendandum esset, ipse satis declarat, quem extremo libro addidi, erratorum index. Quae quidem errata si cui multa esse videntur, is velim secum reputet, difficillimum esse, in eiusmodi libro, etiamsi summa adhibeatur diligentia, errores usquequaque evitare. In tanta scriptorum, rerum, locorum varietate et multitudine labimur necessitate quadam. Errores lectorem celare nolui, sed et hos meos, quotquot librum identidem evolvens offendi, ingenue indicavi, et typhothetarum errores, qui omnes tolli non potuerant, quamvis singulae plagulae a me et a viris amicissimis sedulo quater essent perlectae.

*Indicem* nominum rerumque locupletissimum, quem postmodum recognovi, confecit FRIDERICUS HERMANNUS, Poelzigo-Altenburgensis, theologiae in hac Literarum Universitate studiosus, iuvenis doctrina aequae atque morum suavitate insignis. Hic terras, principes, artes nominibus notavit Latinis, urbes vero et scriptores aliosque homines nominibus vulgaribus et pervagatis. Singulas res plerumque ad genus suum (v. c. *Lexicon Latinum ad Linguam Latinam*) revocavit. Quae res apte ad genus aliquod referri non posse videbantur, eas una cum libris, quorum argumentum propter obscuram ambigamque inscriptionem manifestum non erat, *Miscellaneorum* nomine complexus est. Sed haec quidem de libro ipso hactenus.

Restat, ut iis, qui operam meam humanissime adiuverunt, debitas agam gratias. Hic inprimis nominandus est THOMAS PHILLIPPS, vir quum eximio literarum amore excellens variaque doctrina ornatissimus, tum singulari animi candore conspicuus, cuius officia vel potius merita in me exstiterunt maxima. Is non modo, dum in Anglia eram, omnibus in rebus summa humanitate ac benignitate mihi commodavit, ita ut studiis meis neque eius consilium neque auxilium deesset, verum etiam postea festive et lepide, ut eius ingenium moresque ferunt, scriptas saepissime ad me dedit literas, quibus me de multis rebus edoceret. Atque profecto non est alius quisquam, cui me maxima debere libentius profitear. Sed alii quoque summam in me humanitatem benevolentiamque navarunt. Ex his praeter ceteros, neque enim omnes, quorum grato animo recordor, nominatim proferre possum, commemorandi sunt: JAUFFRET, pater, Massiliae; JAUFFRET, filius, Aquis Sextiis; LEFEBVRE, Autissiodorensis; DAVELNY, antecessor Divionensis; LE THUILLIER (au Hâvre); SAINT MARTIN et PETIT-RADEL, ille bibliothecae Comitum Artesiae, hic bibliothecae Mazarinae praefectus, quorum nomina propter libros, quibus docte, acute, eleganter de suis remotissimae antiquitatis pervestigationibus exposuerunt, inter omnes gentes celebrantur; venerabilis OLIVIER, Carpentoractensis; PIERCE, Audomarensis; SIRET, Remensis; DREUX, Thronensis; GUILLEMONT, Duacensis; eruditissimus GEEL, bibliothecae Lugduno-Batavae praefectus; PETRIE, archii, quod in Turri Londinensi servatur, custos; BAYLEY, ecclesiae Lincolnensis decanus; COUPER, Glasguensis et clarissimus IRVING, Edinburgenae bibliothecae Advocatorum praefectus. Utinam his aliisque de me optime meritis gratiam re-



ferre possim, habeo quidem semper. Praeterire denique non possum ALBERTUM FRIDERICUM HAENEL, fratrem dilectissimum, qui medicinam in hac Literarum Universitate privatim docet. Saepe enim consilio me iuvat in edendo libro atque in corrigendo insignem adhibuit diligentiam.

Haec erant fere, quae praefanda esse viderentur. Quodsi hic liber eam utilitatem, quam spectavi, nonnullis attulerit, operam non exiguam, quam in rebus et colligendis et componendis consumsi, melius collocari non potuisse, iudicabo.


Scribebam Lipsiae prid. Calend. Mart.

MDCCCXXX.

---

**G A L L I A.**





A I X.

BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE DE MEJANES.

(1821. 1826.)

Libr. impr. 35,000 vol.; Codd. 710.

De historia bibliothecae v. Statistique du Département des Bouches du Rhône par le Comte de Villeneuve, Marseille 1821—1824. 4. Tom. II. pag. 601. „En 1786 Mr. de Mejanès, ancien procureur du pays, légua à la Province la magnifique bibliothèque qu'il avait consacré toute sa vie à former et il y joignit même le don d'une somme assez considérable pour l'entretenir et l'augmenter. Les états de 1788, en même temps, qu'ils votaient des remerciemens à ce citoyen si recommandable, s'occupaient de la construction d'un édifice digne de recevoir un si précieux dépôt; tel fut l'objet de l'imposition de 57,086 l., mise cette même année, et qui devait être continuée dans les suivantes, mais les événemens subséquens mirent obstacles à ce que ce projet reçut même un commencement d'exécution et les livres ont continué d'être placés dans l'une des salles de l'hôtel de ville d'Aix. “

De archio v. eundem l. c. pag. 682 — 688.

Inter libros impressos multae reperiuntur editiones principes. Codices, paucis exceptis, illustrant tantummodo historiam Galliae.

Patet bibliotheca tarnis dd., hh. X. — II.

Praeterea ibi est insignis collectio monumentorum Romanorum.

Sollier, civis Aquensis, volumina papyracea Aegyptiaca possidet, quorum duo tempore Sesostriis M. scripta esse Cel. Champollion existimat.

F o l i o.

Abrégé de tactique.

Actes, mémoires et avis touchant la validité du mariage contracté p. le duc d'Orléans et Marguerite de Lorraine.

Affaires de la Provence.

Affaires extraordinaires des guerres dep. 1700 — 1704.

Annales de la ville d'Arles dep. 1302 — 1760.

Antiquités d'Arles. (2 exempl.)

Apologie de l'empereur Charles V.

Ant. Arlerii epistolae.

Assemblée du corps de la noblesse de Provence; Dionis Faucherii annales Provençiae.

La bataille de Liège.

J. Bodini colloquium de abditis rerum sublimium arcanis.

Cartulaire.

Catalogue des manuscrits du comte de Bethune.

Catalogus praesulum Magalonensium p. Arnoldum Verdale.

Cérémonial de Lyon.

Papiers de la chambre des comptes à Paris.

Papiers sur Arles. (2 vol.)

Papiers de la chambre royale de Nantes.

Rec. d'hist. d'Italie; chronica Ezzelini de Romano p. Rolandinum; Gugl. Cortusii chronica de novitatibus Padovae et Lombardiae; castra Veronae.

Chronicon Aquense.

Chronique de France p. Guill. de Nangis.

Vie du connétable Bertrand du Guesclin in vers.

Chronique de France en vers français.

Chronique de Genève dep. sa fondation — 1562 p. Michel Roset. (original)

Ant. Pagii chronologia regum Francorum, ab obitu Clotarii II. ad Pipinum.

Code des monarques.

Concordantia IV evangelistarum.

Apologie de Charles V.

Copie des chartres du roy de 1047 — 1499.

Martyrologe d'Adon de 1318.

Lettres de divers princes au roy et à la reine mère sur le concile national en France.

Cronica del rey Don Enrique IV. de Castilla y Leon por Diego Enriquez del Castillo.

Critique du procès verbal de l'assemblée gén. du clergé de France, tenue à Paris en 1682.

Collet, critique sur l'hist. de Bresse des deux Guichenons.

Cronica del rey Don Enrique IV.

Guill. Cretin chroniq. de France en vers dep. Pharamond jusq. François I. Tr. de custodia principum.

Demandes de s. Alt. Royales; apanage de Mme la duch. d'Orléans.

Description gén. et particul. des côtes et isles de Provence.

Description du diocèse d'Arles.

Discours de l'institution, établissement, progrès et suite du parlement de Provence.

Dissolution du mariage entre Henry IV. et Mary de France.

Entrée de l'empereur Charles IV. en France et Paris.

Établissement du parl. de Paris.

État des fiefs en Provence.

État des affaires des finances sous Louis XIII.

État et dénombrement des églises, abbayes du diocèse de Metz.

État des domaines du roy en Provence.

Évaluation des offices de France.

Excerpta ex vet. chartular. S. Joannis Lugdunensis.

Extraits de divers auteurs pour servir à l'hist. du clergé de l'église cathédrale de Lyon.

Extraits de quantité de lettres originales de Charles V., de Philippe II., du chancelier de Granvelle et du card. son fils.

Coll. de pièces pour servir à l'hist. d'Arles.

Extraits du journal de Jean le Feuvre, évêque de Chartres.

Extrait du procès verbal dressé par ceux du tiers-état, assemblés à Paris en 1593, ou journal succinct des affaires du party des princes.

Contin. des extraits des registres du parl. dep. le 1. juill. 1554.

Généalogie de la maison de Grasse.

Généalogie des anciens seigneurs et princes souverains de l'Allemagne et des Gaules.

Généalogies.

- Gouvernement et grands pouvoirs, lieutenances générales.  
 Grands jours tenus en diverses provinces du royaume par ordonnance des rois dep. 1539 — 1579.  
 Vida de Henrico IV.  
 Hist. abrégée de toutes les compagnies de commerce qui ont été établies en France.  
 Hist. cont. tout ce qui s'est fait et passé dans les derniers troubles arriv. en France dep. 1642 — 1652.  
 Hist. des Franca.  
 Hist. de France, finissant en 1360, p. P. de Taise.  
 Hist. de France dep. Pharamond, finissant à Charles VII.  
 Rec. de pièces relat. à l'hist. de France.  
 Rec. de 36 pièces pour l'hist. de France avec une lettre originale du roi Charles IX.  
 Hist. de François I.  
 Hist. de Henri II.  
 Hist. de l'église de S. Nizier de Lyon.  
 Hist. de la guerre contre les Huguenotes.  
 Hist. de la ville d'Arles p. Gaignon.  
 Hist. de Louis XIV. écr. p. un gentilhomme attaché à M. le Dauphin.  
 Hist. de Navarre et de Foix.  
 Hist. des finances pendant la régence de 1715.  
 Hist. des tribulations.  
 Hist. des troubles et des guerres civiles de France dep. 1648 — 1651.  
 Hist. du gouvernement de la France dep. l'établissement de la monarchie jusqu'à la 3me race p. le comte de Boulainvilliers.  
 Hist. et destruction de Troie, p. Jacques Milet de S. Meuce.  
 Hist. gén. des maisons nobles de Provence, comtat d'Avignon, principauté d'Orange et comté de Nice p. M. d'Hozier.  
 Hist. des aventures . . . . du regne de Henri IV. p. J. Gauches.  
 Hist. secrète de tout ce qui s'est passé dans le procès criminel fait à M. de Cinquars et à M. de Thou, et des moyens injustes qui ont été tenus pour les faire mourir par les prétendus artifices du card. de Richelieu.  
 Hist. Francorum; lignage de Poncy, Dreux, Bourbon, Courtenay a. 1303.  
 Hist. monast. S. Petri Montis Majoris secus Arelatem.  
 Image des deux regnes différens de Louis XI., 1461, et de Louis XII., 1498, fait p. M. Claude de Seissel.  
 Arrêts de Venise dep. 1558 — 1576.  
 Lettres d'Innocent III., Grégoire IX. et d'Urbain relatives à l'hist. de leur temps et de la France.  
 Diverses institutions du roy à divers ambassadeurs allans à leurs ambassades.  
 Inventaire des livres de M. de Pomenie.  
 Inventaire des meubles de la reine Anne d'Autriche; 1666.  
 Inventaire des registres des ordonnances du parl. de Paris.  
 Inventaire du trésor des chartres provençales.  
 La jornada de Malta p. Luis de Medos.  
 Journal de navigation pour les voyages des Indes Orientales p. D. Girard.  
 Jugement de la noblesse de Provence; 1667.  
 Lettere del card. Mazarini dell' a. 1647.  
 Lettere storiche e politiche; 1644 — 1650.  
 Lettere storiche e politiche; 1683 — 1687.  
 Lettere informative delle cose dei Turchi, riguardo alla religione, al governo civile, economico, militare e politico di Pietro Bresinello.  
 Lettere sopra l'affare di Corsica.  
 Lettre de l'abbé de S. Vincent à M. Pelisson sur des lettres et mém. mss. du card. de Granvelle.  
 Lettres de card. Mazarin sur la négociation de la paix des Pyrénées.  
 Lettres de Guill. Pellissier, ambass. du roi François I., vers la république de Venise.  
 Lettres et pièces historiques, relatives aux affaires politiques du regne de Louis XIV.  
 Lettres et actes conc. le mariage de Claude de France avec François d'Orléans.  
 Lettres et mém. du card. Mazarin à Letellier et de Lionne conc. la négociation de la paix des Pyrénées.  
 Livre des airs du lat.; rec. de chansons.  
 Voyage outremer fait p. Mandeville en 1322.  
 Lettres écr. en latin à Pierre de Luna en 1394.  
 Missel écr. pour l'église d'Aix en 1420 p. Murri.  
 Mss. du comte de Janson.  
 Mariage de Robin et de Marote, espèce de bergerie.  
 Matières joyeuses et politiques.  
 Mém. conc. la tenue des états de Bourgogne et des séances qui y sont observées p. M. Rigoley.  
 Mém. conc. l'établissement d'une chambre souveraine en Alsace.  
 Mém. conc. les droits de la douane de Lyon etc., fait en 1688 p. M. d'Aguesseau.  
 Mém. de Godefroy; mém. de Valbelle.  
 Mém. du pays de Provence.  
 Mém. gén. au sujet du commerce des Français dans le Levant p. le marq. de Bonnal en 1724.  
 Mém. conc. la nature et les avantages du canal de Provence.  
 Mém. instructif de la nouvelle compagnie du canal de Provence.  
 Mém. servant d'inventaire et explication des pièces que l'on envoie pour le différent de Clermont.  
 Mém. sur la carte d'Ipres p. Masse en 1729.  
 Mém. sur la carte particulière des environs de Nieuport, Ostende et autres p. Masse en 1730.  
 Mém. sur les marbres des Pyrénées.  
 Mém. conc. le comté de Rodez, l'établissement des comtes en iceluy et leur succession p. Bonnal.  
 Mém. conc. l'élect. de Cologne et l'empereur.  
 Mém. des choses plus remarquables qui se sont passées en la ville de Troyes au commencement des derniers troubles.  
 Mém. de M. de Montchal avec le journal de l'assemblée gén. du clergé de France tenue 1641.  
 Mém. du comte de la Chartres, contenant ce qui s'est passé de remarquable à la cour dep. 1642 — 1644.  
 Mém. pour servir à l'hist. de Picardie.  
 Memorie storiche.  
 Missel.  
 Narration de tout ce qui s'est passé en France dep. le commencement de la régence d'Anne d'Autriche.  
 Négociation de M. de Lionne avec Don Louis de Haro.  
 Partages, contracts de mariage et testaments faits par les ducs de Lorraine et autres princes de leur maison.  
 Le pèlerin humain.  
 Philomela Narbonensis.  
 Hist. de la ville d'Orange.  
 Plaidoyers et arrêts en causes démoniales.  
 Poésies italiennes d'Adriano.  
 Poésies lyriques.  
 La pomade, poème.  
 Portraits des premiers présidens du parl. de Provence.  
 Prevôts des marchands, échevins de Paris.  
 Procès criminel de Gilles de Rays, mar. de France.  
 Procès criminel de J. de Beaune.  
 Procès criminel fait à Louis de l'Agonia; celui fait à Fr. Ravallac.  
 Procès criminel fait à Louis de Luxembourg.  
 Procès criminel du conn. de Bourbon. (2 exempl.)

Procès de la justification de l'innocence de Jeanne d'Arc.  
 Procès et arrest donné contre le duc d'Alençon.  
 Procès et sentences de dissolution de mariage de Henri IV, et de Jeanne de Clermont.  
 Procès fait à Robert, comte d'Artois.  
 Procès pour les comtes de Provence entre le procureur gén. du roi et René, roi de Sicile.  
 Procès verbal de l'assemblée des notables ten. à Paris en 1626 — 1627.  
 Procès verbal de l'assemblée du clergé de France en 1641.  
 Procès pour la canonisation de L. B. Dauphine en 1363.  
 Projet sur la régale.  
 Projet divers sur l'hist. du clergé.  
 Province de Franche Comté.  
 Rec. des proverbes provençaux.  
 Portraits de François I. et des princes et princesses de la cour avec leur devise.  
 Fr. de Rebatu poetica.  
 Rec. cont. diverses pièces relatives aux villes d'Arles, Nîmes, de Tarascon, de S. Remy et de Marseille.  
 Macrobii saturnalia.  
 Rec. de diverses matières ecclésiast. et civiles.  
 Rec. de 19 pièces pour l'hist. de France.  
 Rec. de lettres de Law.  
 Rec. d'ordonnances, lettres, édits des roys de France, Henry II., Charles IX. et Henry III.  
 Rec. des pièces relat. au personnel des parl. durant les disputes élevées à l'occasion de la constit. Unigenitus.  
 Rec. de pièces historiques et administratives.  
 Rec. de mémoires politiques, historiques et autres.  
 Rec. de 62 pièces historiques.  
 Rec. de pièces diverses concernant l'emp. Charles.  
 Rec. de pièces relatives à l'hist. et au droit ecclésiastique.  
 Rec. de pièces relatives aux affaires de Bretagne.  
 Inventaire des lettres de la tenue du trésor des archives du roi en Provence.  
 Rec. de plusieurs pièces touchant les princes d'Italie, l'empereur, le roi de France, le roi d'Espagne.  
 Relazione di Constantinopoli.  
 Rec. de pièces, ordonnances, lettres de Philippe le Bel.  
 Réflex. d'un chevalier de Malthe sur la grandeur et les devoirs de son état.  
 Réflexions morales et pieuses.  
 Réflexions sur l'hist. de France p. Boulainvilliers.  
 Registre du parlement de Paris.  
 Regist. de tous les seigneurs, gentilhommes et familles nobles de Provence.  
 Rec. de six relations en italien de 1578.  
 Rec. de tout ce qui s'est passé sur le fait de finance dans l'état d'Hannovre.  
 Rec. de toutes les prébendes et commissions des messes fondées dans les églises de S. Jean, S. Étienne et S. Croix de Lyon.  
 Rec. des armoiries des empereurs, rois, princes, ducs, comtes, barons et nobles de Bretagne.  
 Rec. des premiers statuts de l'église de Lyon.  
 Rec. des titres et papiers conc. l'établissement de la maison de S. Louis à S. Cyr.  
 Rec. gén. des épitaphes, des personnes illustres, nobles, célèbres et autres inhumés dans la ville de Paris.  
 Rec. chronologique des principaux actes qui peuvent servir à l'hist. du clergé de l'église primat. de Lyon.  
 Rec. relatif à la Bretagne.  
 Rec. sur les fiefs, sur le registre du corps de la noblesse.  
 Rec. tiré des registres de la chambre des comtes de Paris.  
 Sommaire des choses mémorables dep. la fondation de Troie.  
 Reg. des noms des syndics et consuls et autres officiers politiques d'Arles.

Reg. du conseil dep. 1499 — 1521.  
 Reg. du conseil dep. 1524 — 1525.  
 Relat. de plusieurs expéditions de guerre de 1691 — 1698.  
 Relat. de toutes les cours d'Italie faite en 1692.  
 Relat. des campagnes du chev. de l'Obepin; 1702.  
 Relat. des cérémonies faites en Bourgogne aux princes de Condé lorsqu'ils y ont été pour l'assemblée des états.  
 Relazione fatta alla repubblica di Venezia 1616.  
 Mémoires politiques, en italien.  
 Remarques diverses sur Arles.  
 Rec. historique relat. à la ville d'Arles.  
 Remarques sur l'hist. ecclésiastique de l'abbé de Fleury.  
 Remontrance et harangues avec deux plaidoyers pour la souveraineté du roi au duché du Bar.  
 Répertoire des archives de la ville d'Arles.  
 Répert. des registres du parl. de Provence.  
 Repertorium civitatis Avenionensis.  
 Réponse de l'abbé Mangot au P. Tournemine sur son extrait d'un livre intitulé le jansénisme démasqué.  
 Rec. des médailles et autres antiquités du cabinet de M. de Perier.  
 S. Isidori etymologiae.  
 Sentences, réflexions morales, anecdotes.  
 Chronologie, généalogie de Bouquier.  
 Sottisier, tom. 12.  
 Statuts et ordonnances du monastère des soeurs.  
 S. Marie Magdelaine à Avignon.  
 Petri de Vineis summa dictaminis.  
 Manuscrits du comte de Brienne.  
 Table du journal dep. 1417 — 1638.  
 Table du 4me reg. des principaux titres et chartes de la chambre des comtes de Paris.  
 Table gén. des extraits des registres du conseil du parl. dep. 1533.  
 Table raisonnée des registres du parl. de Paris rédigée par titres, chapitres et paragraphes selon l'ordre alphabétique.  
 Tables des écrivains provençaux p. Haitre.  
 Teatro de la nobleza del reyno de España.  
 Titres de Bourbon.  
 Tr. I. de situ et antiquitate provinciae Narbonensis.  
 Tr. des parl. de France.  
 Tr. des secrétaires d'état des empereurs romains.  
 Tr. du droit de régale.  
 Tr. gén. de l'origine de tous les cardinaux français.  
 Tr. historique de la ville et principauté d'Orange.  
 Trésor des chartres de Provence.  
 Tr. de sacro Jesu Christi triumpho habito.  
 Narrazione delle turbolenze civili di Francia.  
 Vita, gesta, opera P. Urbani V.  
 Les usages des églises de S. Paul et de S. Nizier de Lyon.  
 Vie d'Alfonse d'Ornano, maréchal de France.  
 Voyage aux Indes Orientales.

#### Quarto.

Divers avis de différents particuliers sur diverses matières.  
 Pièces diverses conc. la Provence.  
 Annales de la religion.  
 Anecdotes de la vie de A. Michel de Ramsay dictées par lui même.  
 Anecdotes du parlement de Paris.  
 Arrêtés et délibérations des reg. secrets du parl. de Paris.  
 Arles illustre en 2 parties. (c'est un recueil d'armoirie)  
 Armoire du Grand-Maitre de l'ordre de S. Jean de Jérusalem.

Armorial consulaire de Lyon.  
 Avertimenti sopra la storia delle guerre della Germania inferiore.  
 Basilique de S. Pierre; description de Rome.  
 Le bon prince p. Fr. René.  
 Calvinismus qualem sese nunc ipse exhibet.  
 Capitols de paix et privilèges de Tharascon.  
 Caractères nouveaux de la noblesse et des premières personnes d'Angleterre et d'Écosse.  
 Carte militaire ou liste gén. des troupes de France; 1753.  
 Tables et cartes géographiques de Cassini.  
 Cérémonial qui s'observe à l'égard des nonces du pape en France, de leurs entrées, audiences et visites, des limites, de leurs droits et prérogatives, même lorsqu'ils deviennent cardinaux.  
 Ordonnances de la confraternité de notre sauveur Jésus Christ, Alanus Chartier, chronique de Charles VI. et VII.; membr.  
 Chronologie française et royale.  
 Commentarii della guerra del 1587 con el sultano Solimano.  
 Concilia Tullensia.  
 Conclave fatto per la morte di papa Gregorio XV. nel quale fu eletto Urbano VIII.  
 Giov. Boccaccio, il corbaccio.  
 Mémoires sur les costes occidentales de France suivant la visite faite par ordre du roy en 1690.  
 Costumes des duchés, bailliages et prevostés d'Orléans, mises et redigées en présence des gens des trois états du dit bailliage p. Ach. de Harlay, premier président.  
 Critique de la critique historique chronologique sur les différens touchant la ville d'Arles, et sur les lieux de la naissance des S. Ambroise, p. M. Seguin.  
 Critique sur l'origine des familles de Paris.  
 Chronique de Lorraine.  
 Les croniques de la cité de Metz qui commencent à la fondation d'icelle.  
 La chronique de France dep. 1501 — 1506. p. M. d'Auton.  
 Didius Iulianus imp. XX. a senatu capite damnatus.  
 Diego Valera chronique d'Espagne; 1481.  
 Divers discours sur diverses matières.  
 Plusieurs écritures faites pour ou contre l'affaire des bulles.  
 Édits de la cité de Genève de 1568.  
 État des bailliages, villes, bourgs et villages du duché de Bourgogne et Bresse, dressé par les ordres de M. Bouchu, intend. en 1675.  
 État et menu gén. de la dépense ordin. de la maison du dauphin.  
 État et menu gén. de la dépense ordin. du duc de Bourgogne.  
 État et menu gén. de la dépense ordin. du duc de Berry, du comte de Provence et du comte d'Artois.  
 État et menu gén. de la dépense ordin. de la maison de Madame.  
 État et menu gén. de la dépense ordin. de la maison du roy.  
 Explication des psaumes.  
 Extrait de divers auteurs sur l'hist. de l'église de Lyon.  
 Extrait de l'introduction à l'hist. de France de l'abbé de Longuerue.  
 Extrait d'un livre ms. de la main du chancelier de l'Hôpital cont. plusieurs traités de paix, apanages, mariages et autres droits de souveraineté.  
 Extrait du livre réprochant les maximes de Nic. Machiavel et autres pièces en vers et en prose.  
 Mémoires sur l'origine et perception des droits dans le dép. de Provence.  
 Formulaire de conclusions sur plusieurs matières différentes.  
 Fuga del card. Ant. Barberini.  
 Galanteries secrètes, ou les troubles arrivés entre l'amour et l'amitié.  
 Gualteri Alexandreis; membr.  
 Gesta Viridunensium episc. et abbat. p. Melchior Jouguet.  
 Généalogie de la maison d'Urban et des branches qui en sont issues, écr. p. Jean de la Colle.

Généalogie des comtes de Boulogne.  
 Généalogies de la maison de Bourbon d'Alençon et de Navarre dep. S. Louis p. Jean Jacques de Mesmes; 1559.  
 Généalogie de M. Hautain.  
 Le généreux armateur ou l'heureux dévouement.  
 Li gradi al tradimento osservati in Allio Sciano di Battista Comazzi.  
 Harangue funèbre du duc de Candale.  
 Hist. abrégée des campagnes tant en Espagne qu'ailleurs de Bertr. du Guesclin en 1365 et 1369.  
 Hist. d'Angleterre et de Jacques I.  
 Hist. de France dep. Pharamond jusqu'à Charles IV. écr. en 1323.  
 Hist. de Genève p. Fr. de Bonivard, prieur de S. Victor.  
 Hist. de la condamnation de M. l'évêque de Senes par les prélats assemblés à Embrun.  
 Hist. de la destruction des Silles.  
 Hist. de l'isle de Cayenne et prov. de Guyane ornée de cartes et de fig. p. Milchau.  
 Hist. de la vie de la comtesse de Scheverin écr. par elle même.  
 Hist. de la vie de S. Fulbert, évêque de Chartres.  
 Hist. de la vie, moeurs, actions et mort d'Henry de Montmorency.  
 Hist. de la ville de Pertuis.  
 Hist. de Louis XI.  
 Hist. de Mme et du comte de Guiche, de M. de Soissons et du marq. de Vandes.  
 Hist. de Provence sous le gouvernement du comte d'Alais, p. P. Jos. de Haitze.  
 Hist. des comtes de Rhodéz.  
 Hist. des navigations de long cours p. l'abbé Renaudot.  
 Hist. du regne de Louis XIV.  
 Hist. des choses advenues en pais de Provence à l'arrivée de M. Charles de Montpensier en 1524, avec le discours véritable de tout ce qui se passa durant le siège qu'il mit en faveur de l'emper. Charles V. devant Marseille.  
 Hist. de la république des sept provinces unies p. M. de la Salle.  
 Inventaire des titres, cartulaires, des chartes de différens dons, faits p. les rois de France en divers lieux.  
 Inventaire particulier des hist. et antiquités de Nismes p. Bulman.  
 Journal de deux voyages faits et années navales de sa Majesté commandées p. Masgrs. de Bourdeaux, 1639—1640, sur la mer de Ponant.  
 Journal de la défense de Landau.  
 Journal de M. J. Bapt. Hautier.  
 Journal d'un voyage en Europe.  
 Journal du voyage d'un Italien en France; 1673—1676.  
 Journal du voyage fait à l'isle de S. Thomas p. Bailli.  
 Iura pontis Rhodani.  
 Lettres de Colbert; 1676.  
 Lettre de Marie Stuart à son ambassadeur en France.  
 Lettres écr. à M. de Bosville; 1709—1717.  
 Lettres hist. écr. de Paris sur les troubles qui agitent l'église en France dep. 1752—1756.  
 Vitae SS. patrum.  
 Statuts de l'ordre du S. Esprit.  
 Heures de 1458.  
 Tr. hist. par lequel on prouve, que la haute Bourgogne n'a jamais été fief de l'empire.  
 Divers mariages de France avec les autres princes de la chrétienté.  
 Maximes militaires, ou la manière, dont on doit se comporter dans les princip. actions de la guerre.  
 Médailles pour le roi dep. 1678—1688.  
 Mém. abrégée sur la vie de Magdelaine de Gaislard.  
 Mém. abrégée sur l'état présent de l'Alsace.  
 Mém. conc. l'Auvergne.

**Mém. conc. la généralité de Moulins p. Turenne.**  
**Mém. conc. la général. de Picardie.**  
**Mém. conc. la général. de Rouen.**  
**Mém. conc. la général. de Soissons.**  
**Mém. conc. l'invasion de la Lorraine.**  
**Mém. conc. la Franche Comté.**  
**Mém. conc. l'Artois.**  
**Mém. conc. le Dauphiné.**  
**Mém. de la Bourgogne.**  
**Mém. de la Franche Comté; mém. de la Lorraine.**  
**Mém. de la général. de Paris.**  
**Mém. de la général. de Tours.**  
**Mém. de la province d'Alençon et du Perche,**  
**Mém. de l'état présent de la Bretagne.**  
**Mém. pour les maîtres de requêtes commissaires dans les provinces en 1696.**  
**Mém. sur la Flandre occidentale.**  
**Mém. sur la général. de Bourges.**  
**Mém. sur la général. de Caen.**  
**Mém. sur la général. de la Rochelle.**  
**Mém. sur la général. de Montauban.**  
**Mém. sur l'intendance de Flandre p. Duqué de Bagnol.**  
**Mém. sur la province du Hainaut.**  
**Mém. sur la province de Languedoc.**  
**Mém. sur la province de Poitou; mém. sur la Basse Navarre.**  
**Mém. sur la province du Maine.**  
**Journal historique de 1709—1710.**  
**Mém. conc. la Champagne.**  
**Mém. conc. la Provence.**  
**Mém. d'Anjou.**  
**Mém. de Fr. Michel, le Tellier, marq. de Louvuis.**  
**Mém. de la cour de l'empereur de 1670—71; mém. de la cour d'Espagne.**  
**Mém. de la général. de Limoges.**  
**Mém. du baron de Gressly.**  
**Mém. de S. Hilair.**  
**Mém. sur le roi Richard II. d'Angleterre.**  
**Mém. historiques sur différents objets.**  
**Mém. historiques de ce qui s'est passé de plus mémorable en Corse dep. 1562—1741.**  
**Mém. pour servir à l'hist. des évêques de Toul.**  
**Mém. pour servir à l'hist. de la vie et des actions de Jean Sobiesky, roi de Pologne.**  
**Mém. pour servir à l'hist. de la ville de Lyon.**  
**Mém. pour servir à l'hist. du parl. de Paris.**  
**Mém. sur la général. d'Orléans.**  
**Mém. sur la province d'Artois.**  
**Mém. sur le gouvernem. de Lyon.**  
ronymo; Hippolytus Thebaeus de incarnatione domini  
et de Maria Deipara; Palladii fragm. ex hist. Brachma-  
num; Anastasius Sinaïta de longitudine et brevitate  
vitae; Eustathii homilia in hexameron; Mich. Constant.  
Paellus de virtute lapidum; anon. de mensibus Athenien-  
sium et Aegyptiorum; Stephani et aliorum interpretatio  
vocum scripturae s. Graecarum et Hebraicarum, or-  
dine librorum et alphabetico; saec. XVII.
1425. 61. Asterii, Amaseae episc., sermones in divitem et Lazarum,  
in oconomum, contra avaritiam et in festum calenda-  
rum; eiusd. homilia in illud Matthaei: si licet homini  
dimittere uxorem etc.; saec. XVI. (initio mutil.)
1426. 63. Athanasii vita S. Antonii; Eustathii, Antiocheni episc., ho-  
milia in hexameron; Procopius, sophista, in genesin;  
Manuel Calecas adversus Graecos errantes, pro asse-  
rendo de spiritus S. processione dogmate Latinorum;  
saec. XV.
1427. 64. Basilii M. epistolae; saec. XVI.
1428. 66. Gregorii, Nazianzeni, orationes; saec. XII. membr. (mutil.)
1429. 67. — — — orationes, c. scholii manu recenti ad  
marginem additis; saec. XII. membr. (mutil.)

- Meerm.
1430. 68. Gregorii, Nazianz., orationes duae adversus Iulianum imp.;  
eiusd. oratio in Iulianum mente ca-  
ptum; saec. XVI.
1431. 69. — — — orationes XXIII, quarum index prae-  
mittitur, diversa ac recenti manu de-  
scriptae.
1432. 71. Gregorius, Nyssenus, de hominis opificio; anon. hist. vet. te-  
stamenti; saec. XVI.
1433. 72. Ioan. Chrysostomi homiliae in genesin; saec. XI. membr.  
(mutil.)
1434. 73. — — — homiliae XXVIII priores in genesin;  
saec. XII. membr. (in f. mutil.)
1435. 74. — — — homiliae XLI priores in Matthaicum;  
saec. XII. membr. (mutil.)
1436. 75. — — — homiliae in Matthaicum a LIV. ad XC.;  
saec. XI. membr.
1437. 77. — — — in evangelium Ioannis homiliae; saec.  
XII. membr. (mutil.)
1438. 78. — — — orationes XV; Severiani, Gabalorum  
episc., orationes tres; saec. XVII.
1439. 79. — — — contra Iudaeos homiliae; saec. XII.  
membr.
1440. 81. — — — de virginitate capita LXXV; eiusd. ser-  
mones de diversis argumentis; saec.  
XVI.
1441. 82. — — — homiliae et sermones de diversis argu-  
mentis, quorum index praemittitur;  
saec. XVI.
1442. 83. — — — sermones XLIII; saec. XI. membr.  
(mutil.)
1443. 84. — — —, Basilii M., Andreae Cretensis, Epi-  
phanii Cyprii, Gregorii Nysseni et Philothei, patriar-  
chae Constantinop., orationes, quarum index praefixus  
est; Ioannes, patriarcha Hierosolym., vita Ioannis Da-  
masцени; saec. XVII.
1444. 85. Cyrilli, Alexandrini, ad Theodosium imp. de recta fide li-  
ber; eiusd. de adoratione adversus Iulianum imp. libri  
duo; idem ad Calosirium, episcopum, adversus an-  
thropomorphitas; saec. XV.
1445. 86. Theodreti epistolae; saec. XVI.
1446. 88. Basilii, Seleuciaepiscopi, acta beatae Theclae, marty-  
ris; saec. XVIII. (in fine mutil.)
1447. 90. Ioannes Damascenus de iis, qui in fide dormierunt; eiusd.,  
Andreae Cretensis et Modesti Hierosolym. sermones in  
nativitatem et dormitionem Mariae virginis; saec. XVII.
1448. 91. Anastasius Sinaïta in hexameron a. 1616 a C. Cheraeo  
Lingonensi descriptus.
1449. 92. Anastasius Sinaïta in hexameron. (Ex bibliotheca S. Silve-  
stri in monte Quirinali transscribi curavit L. Holstenius  
a. 1636.)
1450. 94. Ioan. Damasceni eclogae cum earum indice; saec. XI. membr.
1451. 95. Ioan. Damasceni philosophica; eiusd. expos. fidei ortho-  
doxae; saec. XII. membr.
1452. 100. Gregorii (seu Georgii) Ceramei, archiepisc. Tauromitani,  
de variis evangelii locis ac de festis diebus homiliae  
LIV, c. ind. praemisso, quibus homiliis interiacet Ioan.  
Furnae (sive Furni vel Phurni) sermo de translatione  
corporis Deiparae V., quando surrexit ante communem  
resurrectionem; saec. XVI.

Meerm.

1453. 101. Euthymii Zigabeni panoplia, seu loci communes scripturae s. ex diversis theologiis excerpti; saec. XVI.
1454. 102. Ioan. Zonarae (rectius forte Michaelis Glycae) epistolae XLVI ad varios; anon. antapologeticum ad imp. Manuelem Comnenum et quaestiones diversae de mathematicis, c. fig.; saec. XVI.
1455. 103. Andronici Comneni, imp., contra Iudaeos tractatus; saec. XVI.
1456. 105. Georgii Scholarii, patriarchae Constantinop., qui et Genadius dictus, in laudem Milesiorum oratio; saec. XVI.
1457. 106. Ioannis, metropolitae Euchaitarum, in Basilium, Gregorium et Chrysostomum orationes; saec. XVI.
1458. 108. Anon. acta martyrum Eustratii, Auxentii, Eugenii et Anastasii monachi; saec. XII. membr. (in fin. mutil.)
1459. 110. Collectanea theologica ex diversis auctoribus antiquis; saec. XVII.
1460. 114. Collectio opusc. sacrorum, partim Graecae, partim Latinae, ex codicibus Graecis illustrium bibliothecarum Bavaricae et Augustanae in Latinum conversorum a I. Pontano, c. I. Gretzeri not. et ind. praemisso; saec. XVII.

*In Quarta.*

1461. 118. Apostolorum actus et epistolae c. apocalypsi, ad usum liturgiae Graecae dispositi; saec. XI. membr. (mutil.)
1462. 120. Athanasius in psalmos; anon. physiologia quorundam animalium; Hippocratis epist. ad Ptolemaeum regem; Galenus de structura corporis humani; Nicephorus Callistus de festis; saec. XV.
1463. 121. Apollinariae metaphrasis in psalmos, versibus hexametris; Ioannis Geometrae metaphrasis metrica canticorum Moysis aliorumque; saec. XVI. (in fine mutil.)
1464. 122. Gregorius, Nyssenus, in ecclesiasten, manu Sirmondi descriptus.
1465. 124. Theophylacti in evangelia Matthaei et Marci expositio; saec. XVI. (mutil.)
1466. 126. Andreae, archiepisc. Cretensis, sacrorum carminum interpretatio; saec. XVI.
1467. 130. Basilii M. homiliae diversae, quarum index initio legitur; saec. XVI. bombyc. (In fine mutilus, mucore passim squallidus, a blattis laesus, quantum potuit, charta restitutus.)
1468. 131. Eustathius, Antiochenus, de engastrimutho; Origenes in I. regum; saec. XVII.
1469. 132. Gregorii, Nazianzeni, orationes de Filio duae, et una de Spiritu S.; saec. XV. bombyc.
1470. 133. Gregorii, Nazianzeni, epistolae ad diversos; saec. XVI.
1471. 134. Gregorius, Nyssenus, contra Iudaeos de trinitate; idem in hexameron; idem in illud: quod fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis; idem ad Hierim de infantibus, qui immature rapiuntur; eiusd. oratio in eos, qui dormierunt; Venetii a. 1553 descriptus.
1472. 135. Ioannis Chrysostomi in epistolam ad Hebraeos sermones XXXII.; saec. XVI. (initium sermonis primi perit)
1473. 137. Cyrilli, Alexandrini, de sancta et consubstantiali trinitate tr.; idem de genito et ingenito, c. aliis quibusd. opusc.; saec. XVI. (Collegio Claromontano dono datus fuit a D. de Letoile, a. 1597.)
1474. 138. Anastasii Sinaitae responsiones ad interrogata quorundam orthodoxorum; saec. XII. membr. (mutil.)

Meerm.

1475. 140. Ioan. Damascenus de haeresibus ex Epiphano; saec. XVI. (mutil.)
1476. 141. Ioan. Damasceni philosophica; idem de orthodoxa fide; Nicephori Blemmidae lib. de fide; Thomas de spiritu s.; anon. de variis quaestionibus ex diversis; Ioannes Chrysostomus de fide; saec. XVI.
1477. 142. Ioan. Damascenus de iis, qui in fide dormierunt; de fide orthodoxa (duobus foliis alia manu scriptis); Germani, patriarchae Constantinop., expos. fidei; canones apostolorum; canones synodorum; canones Nicephori, patriarchae Constantinop., et Theodori Chumni; Ioan. Iuni, patriarchae Constantinop., sermo ad eum, qui debet confiteri peccata sua patri spirituali, c. formula confessionis ex libro poenitentiali; anon. interrogationes quorundam monachorum ad Nicolaum, patriarcham, c. responsionibus; Basilii M. canonicae epistolae ad Amphilochem, a XLVIII ad finem, c. anon. comm.; index sedium metropolitanarum ecclesiae Constantinop. subditarum; lib. poenitentialis ex patribus S.; Ioan. Chrysostomus et S. Ephremus, quomodo oporteat sacram agere communionem; Ioan. Cassianus ad Leontium de monachis Sceyti; Dionysii Areopagitae epistolae ad Demophilum; Nilus Senior de octo spiritibus nequitiarum; idem de lacrymis, c. schol. Anastasii Sinaitae; Basilii M. instructio ad Eubulum; Isaaci, monachi, capitula parva de vigiliis nocturnis et alia opuscula ascetica; Anastasii Sinaitae interrogationes et responsa; Gregorius Nazianz. ad Basilium M. de ecclesiastica constitutione; canones apostolorum, Gangrenses, Laodicensis, Constantinopolitani, Chalcedonenses, Carthaginenses, et Trullani, c. comm.; Athanasii, Theophili, Alexandrini et Genadii, patriarchae Constantinop., constitutiones variae; Demetrius, Cyzicenus, de Iacobitis; Petrus, Antiochenus, de azymis; Leo, archiepisc. Bulgariae, de azymis; Basilii M. monita ad sacerdotem de divina liturgia; anon. lib. poenitentialis; Nic. Chumni resolutiones; saec. XVI.
1478. 143. Basilii, imp., ad Leonem Sapientem, filium suum, capita LXV paraenitica; Georgius Gemistus de virtutibus; eiusd. compendium Zoroastris et Platonis dogmatum; excerpta ex memorabilibus Xenophontis; de hominis structura et ex quibus constat; monachi descriptio; Libanii declamatio de muliere loquace; pharmaca ex diversis animalibus; de zodiaco, planetis et sole; Lycurgi leges Lacedaemoniis datae; saec. XVI.
1479. 144. Leonis Sapientis methodus prognostica ex evangelio et psalterio; anon. oneirocriticon Danielis ad Nabuchodonosor, versibus; anon. versus iambici de beata virgine; anon. astrologica quaedam et chiromantica, c. fig.; saec. XVI.
1480. 146. Euthymii Zigabeni epistolae; collectanea quaedam astrologica ex Severo, Basso et Severiano; oratio contra temere iurantes; saec. XVI.
1481. 149. Excerpta e patribus de diversis quaestionibus, quorum index praefixus est; saec. XII. membr.
1482. 150. Sententiae ex evangelio, patribus et profanis scriptoribus desumptae, c. ind. praemisso; saec. XVI. (Alia manus multa in margine addidit, in fine autem pauca perierunt.)
1483. 151. Collectanea theologica ex patribus excerpta; saec. XVI.



Meerm.

1484. 152. Collectanea theologica et ascetica, manu Sirmondi descripta, quae index praeuius exhibet.  
 1485. 153. Variantes lectiones duarum homiliarum Epiphaniae in laudem Mariae et sepulturam Christi, ex codice vetustissimo Oxon.

*In Octavo et Minore Forma.*

1486. 154. Psalterium Davidis et fragmenta quaedam prophetarum ad pietatem facientia, sive horologium asceticum; saec. XV. membr.  
 1487. 155. Canones dominici, seu troparia, hymni et odae, c. expos. Theodori Prodromi; canones apostolorum; Nicephori patriarchae Constantinop., synopsis chronographica a Mauritii nece ad a. 770; Nilus Senior de peccatis mortalibus etc.; Georgius Zigabenus de septem vocalibus; saec. XV.  
 1488. 156. Nicolai, patriarchae Constantinop., et Pauli, episcopi Amorii, odae sacrae et synaxarium; saec. XVI. (fol. 218 a blattis multum exesus)  
 1489. 157. Theodora Comnena de rebus et officiis ecclesiasticis, Constantinop. a. 1640 descripta.  
 1490. 158. Gregorii, presbyteri Caesariensis, de sanctis concilii Nicaeni patribus et de Constantino, imp., libellus, a. 1627 a L. Holstenio e regio codice descriptus; adiectus est quaternio, quo excerpta quaedam de Barsuma, Nestoriano episcopo, ex historia patriarcharum Nestorianorum, Arabica lingua scripta exhibentur.  
 1491. 159. Basilius M. de exercitatione monachi; anon. capita necessaria: qualem oportet esse principem; interpretatio symboli; Maximus de triplici animae parte; Origenis fragm. de anima; Theophylactus in evangelia matutina, seu mane recitari solita; saec. XIII. bombyc. (a blattis valde erosus)  
 1492. 161. Gregorii, Nysseni, homiliae XV in cantica canticorum; saec. XIII. bombyc.  
 1493. 162. Basilius, Seleuciaepisc., sermones diversi, quorum index praefigitur, Sirmondi manu descripti.  
 1494. 163. Ioan. Climaci scala paradisi; saec. XII., caractere incinato, membr. (mutil.)  
 1495. 164. Ioannis Damasceni opusc. ascetica; saec. XIII. membr.  
 1496. 165. Simeonis, monachi, interpretatio in symbolum; Paisii orationes adversus tentationes; saec. XVI.

*IUDIS CIVILIS ET CANONICI SCRIPTORES VETERES.**In Folio.*

1497. 172. Constantini Harmenopuli compendium legum; eiusd. lexicon vocum Latinarum, quae in legibus extant; saec. XVI.  
 1498. 177. Acta synodi Nicaenae a Gelazio Cyziceno digesta; Athanasii, episc. Alexandr., epistola de Dionysio, Alexandr. episc.; eiusd. epistola de nequitia et hypocrisi Ariariorum; Theodori, presbyteri, praeparatio et exercitatio pro eo, qui discere vult, quis sit divinae incarnationis modus, ad cuius calcem est initium cuiusdam sermonis Anastasii; adiectus est quaternio, manu recentiore descriptus, in quo habetur sermo Athanasii in descriptionem census et in beatam virginem Deiparam, ut et eiusd. sermo de iis, qui scandalisuntur; saec. XVI.

Meerm.

1499. 178. Theodoretii constitutiones Pauli ac Petri et Pauli; eiusd. collectio canonum; Photii nomocanon; Tarasii, patriarchae Constantinop., epist. ad Adrianum P.; canones I. et II. synodi Constantinop.; Dionysius, archiep. Alexandr., ad Basilidem; Petri, archiep. Alexandr., canones; Gregorii, episc. Neocaesariensis, epistola canonica ad Letoium, Melitensem episc.; epistolae Athanasii, Basilii, Gregorii, Nysseni; poemata Gregorii et Amphiloehii; Timothei responsa canonica; Theophili, Alexandr. episc., edictum de die dominica; Martyrius, episc. Antiochenus, de recipiendis haereticis; Iustiniani novellae; Leonis et Zenonis, imp., constitutiones; Iustiniani constitutiones XXIII; Iustini novellae et Tiberius II., imp., de sacris aedibus; saec. XVI. (in fine paululum verminosus et deficiens.)  
 1500. 180. Pseudo-synodus Photiana, e ms. Graeco codice Vaticano diligenter exscripta et cum archetypo collata, ut testati sunt a. 1703 Iosephus Iuvencius et sodalis eius, Philippus d'Inville, c. quibusdam not. criticis margini adscriptis.  
 1501. 181. Anon. de synodis oecumenicis et de rege Salomone; Michaëlis Pselli carmina politica ad imp. Michaëlem Ducam de dogmate Christiano; Hippoliti, Thebani, chronicorum fragm.; Ioannes Damascenus de orthodoxa fide absque librorum divisione; saec. XV.

*In Quarto.*

1502. 184. Leonis, imp., catalogus ecclesiarum metropolitanarum, quae subsunt ecclesiae Constantinop.; catalogus ecclesiarum episcopatum, quae subsunt ecclesiis Thessalon. et Heracl.; officia palatii; formula scribendi ad patriarchas, metropolitanos, episcopos; iura et potestas singulorum officiorum, tum ecclesiasticorum, tum palatii; tituli et dignitates metropolitanorum et subiectorum illis episcoporum; Nicephori, patriarchae Constantinop., canones; Marci, Alexandrini, interrogationes et Theodori Balsamonis responsiones; lib. poenitentialis ex Basilio et Theodoro Studita; Sisinni, patriarchae Constantinop., canonum expos; anon. ordinatio canonica de secundis nuptiis; officia magnae ecclesiae; Ioannes Zonaras in canones synodi in Trullo; et alia diversa; saec. XVI.  
 1503. 185. Collectio variorum capitum ex apostolorum constitutionibus et S. patrum sententiis; saec. XVI.

*SCIENTIAE ET ARTES.**In Folio.*

1504. 186. Pythagorae aurea carmina, c. comm. Hieroclis; saec. XVI.  
 1505. 187. Procli, philosophi, in Platonis theologiam lib. VI; saec. XVI.  
 1506. 188. Procli, philosophi, lib. VII in Platonis Parmenidem (nonnullis lacunis interrupti); excerpta utilia ex eiusd. comm. in Platonis Cratylum; partim saec. XV., partim XVI.  
 1507. 191. Aristotelis opera varia, quorum index initio praefigitur; saec. XVI.  
 1508. 192. Aristotelis iatrica, seu de medicina; eiusd. problemata

Meerm.

- physica; eiusd. ad Nicomachum ethica (cuius initium desideratur); saec. XVI. incuntis.
1509. 194. Sophoniae, monachi, paraphrasis in Aristotelis categorias, de homonymis, synonymis, paronymis, heteronymis, polyonymis et aliis; Aristotelis ethica et physica; saec. XVI.
1510. 195. Herennii Philonis in Aristotelis metaphysicam commentarius; saec. XVIII.
1511. 197. Asclepii scholia in Aristotelis libros VI metaphysicorum, ex ore Ammonii Hermeae; Venetiis a. 1570 scriptus.
1512. 199. Philoponi scholia in lib. II Aristotelis analyticorum; saec. XVI.
1513. 200. Ioannis Cantacuzeni, imp., ethicorum Aristotelis paraphrasis, scripta sub nomine Iosephi, monachi; saec. XVI.
1514. 201. Michaëlis Pselli in Aristotelis physicorum libros VIII expositio brevis; saec. XVI.
1515. 202. Nicephori Blemmidae introductoria ad logicam Aristotelis epitome, cuius priora quantor desunt capita; Luciani dialogi, initio atque in fine mutili; bombyc. (Venetiis emptus scutis aureis duobus, a. 1553, ac paulo ante exaratus.)
1516. 203. Nicephori Blemmidae introductoriae epitomes in logicam et physicam Aristotelis libri II., accedit fragm. expositio in psalmum VIII.; saec. XVI. (mutil.)
1517. 204. Nicephori Blemmidae introductoriae epitomes lib. II., qui versatur circa causas physicas; excerptum de eiusd. expositione in psalmum VIII.; ex eiusd. typico instructionis ad monachos libri III, scilicet de fide, virtute, anima etc.; Porphyrius de virtutibus; Andronicus (Callistus) de affectionibus animae; anon. provinciae orbis terrarum cognitae; saec. XVI.
1518. 206. Sexti Empirici Pyrrhontarum hypotheson lib. III; eiusd. adversus mathematicos lib. X; eiusd. opusculum (imperfectum) de bono et malo, de turpi et honesto, iusto et iniusto, de veritate et mendacio. (Ad calcem legitur: Hoc opus per me Camillum Barthol. de Zanettis, Brixianum, scriptum est sub anno a virginis puerperio MDXLII., in alma Venetiarum urbe.)
1519. 208. Boëtius de arte dialectica, c. scholiis in margine, circa a. 1569 scriptus.
1520. 209. Damascii (sive Damasceni, temporibus Iustini et Iustiniani imp. Athenis clari) dubia et solutiones de primis principiis; saec. XVI.
1521. 210. Georgii Pachymerae philosophiae libri XII c. fig.; saec. XVI. (in fine nonnulla desiderantur)
1522. 211. Aeliani historiae animalium, sive de eorum solertia ac proprietatibus libri XVII, Venetiis a. 1542 Ioannis Nauplioti manu descripti.
1523. 213. Constantini Porphyrogenitae (vel alterius sub eius nomine) de agricultura libri XX, c. plurimis variis lectionibus in margine; saec. XVII. (Initio codicis legitur: Ex libris Dom. Ioan. Ruelli. Ex libris Alberti Fabricii.)
1524. 214. Hippocratis aphasiani; Theophilus philosophus (et Protospatharius) de urina; Galeni epistola de pulsu sensibili; Georgius Sanginatus, consul Romanus, de pulsu sensibili; eiusd. versus politici ad Nicolaum V. P. de XVI mirabilibus mundi; eiusd. nomenclatura membrorum hominis, versibus politicis; saec. XV.
1525. 215. Palladii, sophistae (Alexandri), scholia in octo sectiones lib. VI. morborum epidemiorum Hippocratis; lex-

Meerm.

- con eiusd. Hippocratis, ordinae alphabetico dispositum, in cuius fine nonnulla desiderantur; saec. XVI.
1526. 216. Galeni introductio, seu medicus; saec. XVII.
1527. 217. Galeni de usu et operatione partium; Theophili Protospatharii de corporis humani structura lib. V; anon. interpretatio quarundam herbarum et medicorum quorundam curationes; Galeni diiudicationes et curationes, ad imp. Porphyrogenitam; Gregorii Nysseni oratio; saec. XVI.
1528. 219. Galenus de compositione medicamentorum, quae extra corpora adhibentur; saec. XVI.
1529. 220. Galeni de medicamentorum compositione libri VII; saec. XVII. (initio mutilus; in superiore ora penultimi folii veri legitur: Charpentarii et amicorum)
1530. 221. Dioscorides Anazarbaeus de materia medica; opus in sectiones, ordine alphabetico, distinctum; idem de animalibus venenosis eorumque praecautio et curatione; saec. XVI.
1531. 222. Dioscorides de herbis et stirpibus medicinalibus, ordine alphabetico; saec. XV.
1532. 225. Oribasii medicae collectiones; Aretaei therapeutica et nonnulla alia; anon. expositio in Hippocratis aphorismos; Stephanus (Atheniensis patria, Alexandrinus domicilio dictus) de febrium differentiis (quod opus in quibusdam mss. Theophilo tribuitur); saec. XVI.
1533. 226. Oribasius de fracturis ex Galeno; idem de vulneribus capitis ex Heliodoro, et alia; Asclepiadis, Apollonii et aliorum varia chirurgica; saec. XVII.
1534. 229. Aetii Amydeni therapeuticonum lib. XVI; saec. XV. (2 vol.)
1535. 230. Alexandri Tralliani de rebus medicis lib. XII; saec. XVI.
1536. 231. Rufus Ephesus, quinam purgandi; quibus purgatis et quando? (editum sub titulo: de medicamentis purgantibus); idem de morbis vesicae et renum (cum paucis lacunis); eiusd. denominationes hominis partium; saec. XVI.
1537. 233. Arabum et Persarum medicorum, scilicet Razae, Mesuae, Avicennae, Isaaci et Ioannis Damasceni operum medicorum libri VII, in quorum fine quaedam occurrunt lacunae; saec. XVI.
1538. 234. Apsyrti, Pelagonii et Hieroclis de curandis equorum morbis libri II; saec. IX. membr.
1539. 235. Apsyrti, Pelagonii et Hieroclis de curandis equorum morbis lib. II; orneosophium, seu de re accipitraria, (cuius auctor habetur Demetrius, Constantinop.) iussu Michaëlis, imp., compositum; saec. XVI.
1540. 236. Michaëlis Psellus de auri conficiendi ratione, ad patriarcham Xiphilinum; lexicon chemicum ordine alphabetico; Democriti physica et musica; Synesii scholia in Democritum; Stephanus, Alexandr., de aurifactione lectiones; Christianus de divina aqua; Zozimus Pano-polites de divina arte; multa alia Heliodori, Cleopatrae, Olympiodori, argumenti chemici; saec. XVI. (Amplius ea recenset Fabricius, Bibl. Graec. vol. XII. p. 760 seqq. edit. Hamb. In fine mutil.)
1541. 237. Archimedis opera; Eutocius (Ascalonita) in Archimede; saec. XVII.
1542. 238. Euclidis catoptrica, phaenomena, optica et data, c. scholiis et fig.; saec. XVI.
1543. 239. Euclidis catoptrica, manu recentiore descripta.

- Meerm.  
 1544. 240. Euclidis elementa geometriae c. scholiis; eiusd. data vel concessa; Theodosii sphaericorum lib. tres; Euclidis phaenomena et catoptrices regulae; saec. XVI.  
 1545. 241. Apollonii Pergaei conicorum lib. IV; Sereni Antisaei de cylindri sectione opus; saec. XVII.  
 1546. 242. Gemini, Rhodii, introductio ad meteora seu coelestia, hoc est elementa astronomiae; saec. XVII.  
 1547. 243. Heronis, Alexandrini, geometrica, c. fig.; Didymus, Alexandrinus, de marmoribus et lignis; Soranus de mensuris et ponderibus; saec. XVII.  
 1548. 244. Heronis, Alexandrini, pneumaticorum libri II; eiusd. automatorum fabrica, c. variantibus et not. in margine atque fig. coloratis; eiusd. geometria, quam nonnulli attribuunt Heroni iuniori; Isaaci Argyri monachi geodesiae methodus, c. fig.; saec. XVI.  
 1549. 248. Philoponi expos. in duos arithmeticae introductionis Nicomachi libros, c. scholiis in marg.; Isaaci Argyri monachi et Cydonii (sive Demetrii Cydonii) excerpta quaedam; saec. XVI.  
 1550. 251. Anon. in Ptolemaei tetrabibulum expositio; Porphyrii isagoge in apotelesmata Ptolemaei, c. fig.; saec. XVII.  
 1551. 252. Anon. de astrologia iudiciaria; Leo, philosophus, de regno et principibus, quomodo dignosci possit eorum diurnitas et quid per eius spatium eventurum sit; Laxeuterius, seu Rabulius, de astrologia iudiciaria et de nativitatibus iudiciis et alia nonnulla astrologica; saec. XV.  
 1552. 253. Aristotelis harmonica; Euclidis introductio harmonica; eiusd. epitome regularum; Aristoxeni elementorum harmonicorum lib. III; Nicomachi manuale harmonicum; Manuëlis Bryennii manualis harmonici libri III, c. fig.; anon. sententiae de anima; Euclidis catoptrica, phaenomena, opti corum protheoria; eiusd. data, seu concessa; eiusd. varia fragmenta, c. fig.; saec. partim XVI., partim XVII.  
 1553. 254. Claudii Ptolemaei harmonicorum lib. III, c. fig.; Porphyrii comm. in harmonicorum Ptolemaei libros; ex Ptolemaei syntaxi excerpta p. compend.; Ioannes Philoponus de usu astrolabii; anon. expositio astrolabii; Nicephori Gregorae structura astrolabii; lucubrationes ex Demophili scriptis eic.; saec. XVI.  
 1554. 255. Claudii Ptolemaei harmonicorum lib. III; Porphyrii in harmonicorum Ptolemaei libros comm.; Aristidae Quintiliani de musica lib. III, c. fig.; saec. XVI.  
 1555. 256. Aristidae Quintiliani de musica lib. III; Bacchii senioris isagoge musices; Ioan. Pediasimi, diaconi, in nonnulla Cleomedis obscura expositiones; Heronis iunioris geodesia; Isaac Argyrus monachus de trigonibus et aliis fig.; anon. geometrica elementa; saec. XVI.

*In Quarto.*

1556. 258. Plutarchus de animae tranquillitate; de fortuna Romanorum et de fortuna et virtute Alexandri M. lib. II; accedunt epist. Basilii M. de vita solitaria, Budaeo interprete, et Plutarchi placita philosophorum, eodem Budaeo interprete; Graeca, saec. XVI. exarata, constant nonnihil in margine verminosis, Latina.  
 1557. 259. Nemesii lib. de natura hominis; saec. XVI. (initio mutilus)  
 1558. 260. Simeonis Bestae Ozeth (in exemplari Mediceo vocatur Simeon Seth, cognomento Vestius, id est, Protovestiarium) compendium et flores philosophicarum opinio-

Meerm.

- num de rebus physicis; Anastasius Sinalta de longitudine et brevitate vitae et de variis ac repentinis mortibus; excerpta ex moralibus Alexandri Aphrodisiensis problematibus de fato; logica quaedam ac de imaginibus; Psellus de sententia Graecorum circa daemones; eiusd. dialogus inter Timotheum et Thracem de daemonibus; Ioannis Itali in Aristotelem de interpretatione brevis expositio; saec. XVI.  
 1559. 261. Georgii Pachymerae, diaconi, epitome logices Aristotelis, lib. I.; saec. XVI.  
 1560. 262. Oppiani halieuticon (seu de piscatione) versibus hexametris lib. IV, quorum primus c. gl.; saec. XVI.  
 1561. 263. Anon. comm. in IV Oppiani halieuticon libros; saec. XVI.  
 1562. 265. Excerpta ex scriptis Simeonis magistri, Antiocheni (seu Simeonis Sethi), de quorundam animalium volatiliū, aquatiliū et terrestrium facultatibus, ordine alphabetico disposita; remedia contra luem diversorum animalium noxiorum; glossarium, ordine alphabetico; antidota varia e Perside in Graeciam transmissa; nonnullorum morborum tabula; saec. XVI.  
 1563. 266. Sapientissimi Protasecretis versus de proprietatibus animalium, ad imp. Michaëlem Palaeologum iun.; excerpta quaedam ex Polybio; saec. XVI.  
 1564. 267. Heronis iun. florilegium, seu variae de rebus naturalibus commentationes; saec. XVII.  
 1565. 268. Constantini Porphyrogenitae de agricultura libri XX; astronomica ex diversis; Theodori Prodrumi versus de mensibus duodecim, incipientes a mense Martio; anon. physica quaedam; Photii odae IX (num vero odae illae Photii sint, dubitatur); anon. astronomica quaedam; Ioannis Protospatharii exegesis physica in Hesiodi *ἠμέρας*; Ioannis, Alexandrini, tempora signorum; Ptolemaeus, errantium stellarum apparitiones; Hero iunior de rerum mensuris; saec. XVI.  
 1566. 269. Hippocratis epistolae ad Ptolemaeum regem de structura corporis humani; Galenus de corporis humani structura; anon. de mensibus, paschate, indictionibus, epactis etc.; Galenus de ischiade, podagra et arthritide; idem de pulsu ad Antonium; Theophilus Protospatharius de excretionibus alvi; Pselli de re medica versus iambici; anon. evangelistarum encomium; anon. catalogus imperatorum; Ioannes Geometrae hymni et odae in honorem Deiparae virginis; saec. XVI.  
 1567. 270. Galenus de ossibus; saec. XVI.  
 1568. 271. Oribasius ad Eunapium de aquis, aëro, balneis et de ciborum proprietatibus; idem ad Constantinum de diaeta; Hierophilus, philosophus, qua ratione homo vivere debeat singulis mensibus; saec. XVI.  
 1569. 276. Raza, medici, de pestilentia capita XV, e Syriaca lingua in Graecam versa; saec. XIV.  
 1570. 277. Ioannis Damasceni de natura, proprietatibus, virtute et compositione medicamentorum purgantium liber, ex Arabica lingua in Graecam conversus; nonnulla alia medica; calculus legalis paschatis; Neophyti, monachi Prodromici, indiculus manualis habarum medicinalium, ordine alphabetico; Galeni lexicon botanicum etc.; saec. XVI.  
 1571. 279. Anon. de diaeta medica; Pauli Aeginetae eclogae ex Hippocrate et Galenio de venae sectione; idem de

## Meerm.

- urinæ; compositiones medicamentorum variae e Pythagora desumptæ; saec. XIV.
1572. 280. Excerpta de herbis ac plantis et de remediis morborum; Perilitus de lapidibus; paschalia, sive ratio inveniendi pascha; Nicephori, patriarchae, somniorum interpretatio; interpretatio dicti Paulini: Obedite praepositis etc.; ex apophthegmatibus Arsenii, archipresbyteri; variorum morborum cura; saec. XVI.
1573. 281. Iosephi Rhacendytæ vel Racondytæ, medici, de vita quieta versus iambici; eiusd. synopsis rhetoricae; saec. XVI.
1574. 284. Anon. astronomica, ubi de paschate legali; Nicephori, patriarchae Constantinop., oneirocriticon, sive ars interpretandi somnia, ordine alphabetico ac versibus iambicis; eiusd. interpretatio de consummatione; anon. inventa Persica in duodecim menses; Nicephori Callisti sacrorum temporum synopsis; anon. prognostica aëris serenitatis ex auctoribus diversis; Isaaci Argyri monachi scholium in primam fig. descriptae in plano habitationis; saec. XVI.
1575. 285. Achmetis, filii Seirim, oneirocriticon, seu scientia interpretandi somnia, ex Aegyptiis, Indis et Persis; saec. XVI. (Nonnulla adiecta sunt folia, quibus quae in hoc codice desiderabantur, ex instituta c. ms. Lugdunensi collatione, manu recentiore adduntur.)
1576. 286. Polemonis et Adamantii, sophistae, physiognomica; saec. XVI.
1577. 287. Anon. dialogus mortuorum, sive Mazarri ad inferos peregrinatio, ubi quorundam mortuorum quaestiones de regni perturbationibus; somnium post reditum ad vitam, seu colloquium ad Manuëlem Oloholum a Taenaro ab inferis directum; de astronomicis; Hermetis brontologium; de infantium nativitatibus; historiae naturalis et de variis morbis fragmenta; saec. XVI. diversa manu scriptus.
1578. 288. Claudii Ptolemaei harmonicorum lib. III; Manuëlis Bryennii harmonicorum lib. III; Porphyrii in harmonica Ptolemaei comm., fig. ornati; saec. XVI.

*In Octavo et Minore Forma.*

1579. 289. Epicteti enchiridion; Pythagorae aurea carmina c. gl. interlin.; saec. XV.
1580. 290. Aristoteles ad Alexandrum de mundo; saec. XV.
- 1580 bis. 295. Manuëlis Phile, Ephesii, de animalium proprietate versus iambici, manu A. Vergetii descripti, c. animalium fig. coloribus eleganter depictis.
1581. 297. Constantini Porphyrogenitæ de agricultura lib. XX; saec. XVI.
1582. 299. Actuarii de urinæ lib. VII; eiusd. de actionibus et affectionibus spirituum animalium eorumque victu et nutritione lib. II; eiusd. diagnosticae morborum lib. II; eiusd. therapeuticae lib. III; idem de medicamentis externis; saec. XIV.
1583. 300. Compositiones medicamentorum ex diversis veteribus medicis collectae; Hippocrates de structura mundi et hominis; collectanea quaedam ex medicis; saec. XVI.

## GRAMMATICI, RHETORES, ORATORES, POETAE ET PHILOLOGI ANTIQVI.

*In Folio.*

## Meerm.

1584. 302. Incerti auctoris lexicon; Nicetae, metropolitani Heraeleensis, grammaticum opusculum; saec. XVI. (initium desideratur ac hinc inde apparent lacunae).
1585. 307. Homeri Odyssea; saec. XVI. membr. (Eleganter descriptus est hic codex, et priorem paginam valde detritam si exceperis, optimae conditionis; fuit olim M. Palmerii Pisani.)
1586. 308. Eustathii in Homeri Iliadem et Odysseam comm.; saec. XVI. In I. vol. (fol. 342) versus finem occurrit lacuna; in II. (fol. 484) nonnulla desiderantur, atque ultima folia mucore sunt vitata, quantum potuit autem restituta; in III. (fol. 446) idem vitium in summis quibusdam marginibus deprehenditur eiusque priora folia vermibus laesa sunt. (3 vol.)
1587. 309. Scholia in tres Aeschylî tragoedias, scilicet in Prometheus vincitum, in septem duces contra Thebas et in Persas; saec. XVI.
1588. 310. Sophocli tragoediae quinque, scilicet Trachiniae, Philoctetes, Oedipus tyrannus, Oedipus in Colono et Antigone, c. gl. interlin.; saec. XVI.
1589. 311. Lycophronis Alexandra (sive Cassandra) c. expositione Isaaci Tzetzae; saec. XVI.
1590. 313. Aeneidos lib. I. Graeco versu; endecaton Aeneidos, Graece; saec. XVIII.
1591. 315. Dialogus animae et corporis; fidei expositio; Philostrati Lemnii de vita Apollonii lib. IV priores; dictiones et tropi Attici; Philostrati heroica c. gl. interlin.; Plutarchus de mulieribus et de anima; Damastus, sophista, de generatione hominis; Aesopi fabulae CXXXVIII; Pauli Silentiarii versus de Pythiis thermis, c. gl. interlin.; Michaël Psellus, philosophus, quod rotunda sit terra etc.; saec. XVI., diversa manu, maximam partem binis columnis.

*In Quarto.*

1592. 317. Constantinus Lascaris de grammtica; saec. XVII.
1593. 319. Constantinus Lascaris de syntaxi verborum; anon. de metris et de variis partibus orationis; anon. de dialectis; saec. XVI.
1594. 320. Michaëlis Syncelli doctrina de syntaxi orationis; anon. de dialectis, quantitate syllabarum et aliis grammaticae partibus; saec. XVI. (initio nonnulla desiderantur)
1595. 322. Georgius, Corinthius, de dialectis; anon., qui creditur Ioannes Philoponus, de eodem argumento; saec. XVII. (Hoc codice usus est Koen in sua editione.)
1596. 323. Herodianus de dialectis; eiusd. deductiones difficulter declinatorum verborum; saec. XVI.
1597. 324. Anon. grammatica de accentibus, figuris et praepositionibus; saec. XV.
1598. 330. Libanii, sophistae, orationes; saec. XVII. bombyc. (in fine mutilis ac laevis)
1599. 331. Aristoteles de poetica; Demetrius Phalereus de interpretatione; saec. XVI.
1600. 333. Theognidis et Phocylidis sententiae; Pythagorae aurea carmina; Solonis elegiae; Catonis sententiae p. Planudem; saec. XVII.
1601. 334. Theognidis sententiae; Eudoxiae Homero-centones; Dio-

## Meerm.

- nysii (Periegetae), Alexandrini, terrarum orbis descriptio, c. eiusd. vita; saec. XVI.
1602. 337. Theocriti idyllia c. scholiis; Musaei carmen de Herone et Leandro; saec. XVII.
1603. 338. Pindari Olympionica c. scholiis; eiusd. IV priora carmina Pythica; saec. XVII.
1604. 339. Sophoclis tragoediae duae, nimirum Ajax flagellifer et Electra, c. scholiis et gl. interlin.; saec. XV.
1605. 340. Raphaëlis Regii excerpta ex historia Ioannis Tzetzae et ex aliis; praecedunt varia epitaphia Latina, saec. XVII. diversa manu scripta.
1606. 341. Gregorii, Nazianzeni, tragoedia Christus patiens; Zoroastri oracula magica c. explic. Plethonis, recentiore manu scripta.
1607. 342. Michaëlis Apostolii monodica epicedica, ad Andream Caelergi; Theodori Prodrumi versus iambici in festa principalia; anon. de versu iambico; Euripidis vita; Bessarionis card. epist. ad Michaëlem Apostolium; anon. epist. ad Georg. Trapezuntium, c. huius responsione, de comm. Trapezuntii in Ptolemaeum; Psellus de virtute lapidum; (Gemisti) Plethonis monodia; anon. de mensibus Atheniensium, Ascalonitarum etc.; proverbialia secundum alphabetum; saec. XVII.
1608. 345. Eustathii de amoribus Ismenias et Ismenes lib. XI; saec. XVI.
1609. 348. S. Maximi, confessoris, sententiae, collectae ex diversis auctoribus ecclesiasticis et profanis; saec. XII, membr.
1610. 349. Bessarionis, card., et aliorum epistolae mutuae; emendationes in Hermogenem et alia diversa; saec. XVI.
1611. 350. Capita quaedam ex hecatontade Maximi, confessoris; Socratis gnomae; glossae quaedam nomicae; de synodis oecumenicis; excerpta ex Palaephato de incredibilibus; de decem plagis Aegyptiorum; collectio medica ex variis auctoribus; Psellus de electro etc.; saec. XVI.

*In Octavo et Minore Forma.*

1612. 351. Theodori Prodrumi explanatio in interrogationes Augustae, ubi de re grammatica ex professo agit; saec. XVI.
1613. 353. Manuël Moschopulus de examinanda orationis ratione; Phocylidis fragmentum poëseos moralis, heroico versu, c. scholiis inter lineas; saec. XVI.
1614. 354. Maximus Planudes de syntaxi verborum, ordine alphabetico; saec. XVI. (in fine mutil.)
1615. 357. Demosthenis orationes, praemisso Libanii fragm. de vita Demosthenis, et de vario dicendi genere, subiecta vita Aeschinis; saec. XVIII.
1616. 359. Phocylidis carmina quaedam; Theodorus Prodrumus de mure; Bessarionia, card., epistola ad Andronicum Callistum; Phocylidis carmina (altera vice); anon. (Ioannis Pediasimi) labores XII Herculis, c. comm.; canones varii de grammatica; exercitationes grammaticae in Hesiodi aspida; item in eiusdem opera et dies; Phalaridis epist. ad Athenienses; Demosthenis Olynthiaca oratio I.; anon. sententiae philosophorum; Clementis Romani sententiae; Phalaridis epist. ad Xenopeuten; Bessarionis, card., epistola ad Apostolium; Nic. Secundini epist. ad Andronicum Callistum; Synesii epist. ad Ioannem; saec. XVI.
1617. 365. Anon. apophthegmata; Ioannis Damasceni dialectica;

Euclidis de geometria fragm.; Blemmides, de tribus figuris; Gregorii Nazianzeni syntagma philosophicum; synopsis arithmeticae et musicae; synopsis geometriae et astronomiae; Nemesii divisiones; Psellus, de virtute et vitio; Maximus, monachus, de anima nostra; S. Pachomii sermones dogmatici; eiusd. resolutiones diversae; Basilii M. epistola ad Maximum philosophum; Pachomii epist. ad Paisium Metropolitam, et ad Athanasium Naupacti Metropolitam; anon. de libris Macchabaeorum; anon. de epistolis; et alia ad rhetoricam pertinentia; saec. XVI.

*HISTORICI ECCLESIASTICI, IUDAICI, CIVILES ET GEOGRAPHI  
ANTIQUI.*

## Meerm.

*In Folio.*

1618. 367. Ioannis apostoli et Prochori eius discipuli peregrinationes, a Frontone Ducaeo recognitae; saec. XVII.
1619. 368. Theodoret, episc. Cyri, historiae ecclesiasticae lib. I. III. IV. et V.; saec. XVI. (c. quibusd. lacunis).
1620. 369. Theodoret, episc. Cyri, historia philothea, seu virorum morum sanctitate praestantium; saec. XVI.
1621. 371. Simeonis Metaphrastaë vitae sanctorum mensis Octobris; saec. XI. membr. (binis columnis, priora et posteriora folia paululum verminosa sunt).
1622. 372. Gregorii Cyprii sermo in magnum Christi martyrem Georgium (prioribus XII foliis chart. descriptus); synaxarium, complectens totius anni sanctorum res gestas per compendium, incipiens a mense Septembri et desinens in mensem Augustum; saec. XI. membr.
1623. 373. Anon. vitae sanctorum et quorundam eorum miracula; Andreae Cretensis sermo de vita humana et de dormientibus; S. Ephrem, sermo de salute animae et de futuro iudicio; Ioan. Chrysostomus, de iudicio; Ioan. Damascenus, de iis qui dormierunt in fide; Basilii M. sermones duo de ieiunio; Ioan. Chrysostomus, in publicanum et Pharisaeum, et de humilitate; saec. XI. membr. (duabus columnis in fine mutilus et nonnihil detritus).
1624. 374. Geronticon, seu vitae patrum, ordine alphabetico, quarum initium deest, incipientes ab η.; narratio ex vita abb. Daniëlis; sententiae et gesta sanctorum senum; Ioannis Moschi, monachi, pratum spirituale, cuius finis periit; saec. XV.
1625. 378. Flavii Iosephi antiquitatum Iudaicarum lib. XX; 1640.
1626. 379. Flavius Iosephus, de bello Iudaico; saec. XVI.
1627. 380. Xenophontis de Cyri institutione lib. VIII; eiusd. de Cyri expeditione lib. VII, c. scholiis minio ad marginem descriptis; eiusd. oeconomicus; saec. XVI.
1628. 381. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. priores; saec. XVI.; Venetiis emptus scutis aureis decem. a. 1553.
1629. 382. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. priores; saec. XVI. (Hoc codice usi sunt in excudendo typographi.)
1630. 383. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. ab XI. ad XV., a. 1546 descripti.
1631. 384. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. ab XI. ad XV., Venetiis, a. 1553 emptus scutis aureis decem.
1632. 385. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. VII. a XI. ad XVII.; saec. XVI.

Meerm.

1633. 386. Philostrati Lemnii imagines c. scholiis interlin. et margin.; saec. XVI.
1634. 389. Excerpta ex Georgii Syncelli chronographia, a Iulio Caesare ad Diocletianum; Theophanis chronographia, a Diocletiano ad Michaëlem et Theophylactum, imp.; saec. XVI.
1635. 390. Ioan. Xiphilini epitome Romanae Dionis historiae; saec. XVI. (Observat Montefalconius in praef. ad biblioth. Coislinianam, rara esse huius epitomes exemplaria mss.)
1636. 391. Ioan. Zonarae annalium lib. XIII. usque ad XVIII., a Constantino M. ad Alexii Comneni mortem; saec. XVI.
1637. 393. Ioannis Curopalatae compendium historiarum, a caede Nicephori ad imperium Isaaci Comneni; saec. XVI.
1638. 394. Michaëlis Glycae annalium lib. III, ab exordio mundi ad Diocletianum et Maximianum; saec. XVI.
1639. 395. Nicetas Choniata, de imperio Ioan. Comneni, Manuëlis Comneni, Alexii Porphyrogenitae, Andronici Comneni, Isaaci Angeli, Alexii Comneni, Isaaci Angeli et filii eius Alexii et Alexii Ducae, ac de iis, quae post captam urbem acciderunt; Venetiis a. 1541 scriptus a Barthol. Brixiano.

*In Quarto.*

1640. 397. Georgii Gemisti Plethonis opus, excerpta et censuram Strabonis geographiae continens; eiusd. compendium terrae habitabilis ex Strabone; Hieroclis notitia geographica imperii Constantinop. (quod opus in variis mss. inscribitur: comes peregrinationis); Plethonis excerpta ex Ptolemaei geographiae lib. III. et VIII.; eiusd. chorographia Thessaliae et alia geographica; tabulae insigniorum urbium et insularum orbis terrarum ex Ptolemaeo, Palaecologorum et Ottomanorum genealogia et chronographia, ab Adam ad Michaëlem et Theophilum, imp.; saec. XVI.
1641. 398. Eustathii, Thessalonic. episc., comm. in Dionysium Periegetem; saec. XVI. (Hoc codice plura, quam quae edita sunt, contineri, marginales notae indicant.)
1642. 400. Anon. de urbe Constantinopolitana, de eius situ, thermis, statuis etc. excerpta e bibliotheca Vaticana, a. 1547 exarata.

*In Octavo.*

1643. 402. Xenophontis de Cyri expeditione lib. VII; saec. XV. manu Michaëlis Apostolii in bello captivi descripti, quibusdam lacunis interrupti.

## MANUSCRIPTI CODICES LATINI.

## THEOLOGIA.

*In Folio.*

1644. 404. Biblia c. libris apocryphis et canonibus, ex translatione D. Hieronymi; saec. XII. membr. (2 vol. duabus columnis exarata. Literae initiales maioris dimensionis, et aliae minio varioque colore et ornatu depictae, atque canones eleganter delineati sunt. Ad calcem vol. I. et II. legitur: Lib. S. Marie Talueriarum, quem emit Guido de Rochacet, monachus et sacrista eiusd. monasterii.)
1645. 405. Exodus c. gl. margin. et interlin. amplissimis, eadem manu adscriptis, ut videtur, saec. XII. exeuntis. (Fuit olim

Meerm.

- bibliothecae Carmelitarum Divionensium; ad calcem legitur: I. Pultripatria.)
1646. 407. Psalmi c. comm. amplissimo; saec. XII. membr.
1647. 408. Cantica canticorum et apocalypsis c. prologis et scholiis inter lineas et in margine eadem manu scriptis; saec. X. membr. (Ex bibliotheca P. P. Carmelitarum Divionensium.)
1648. 409. Evangelia IV c. canone Eusebii ab Hieronymo edito, eiusd. epist. ad Damasum et praefatione; saec. IX. caractere Carolovingico, membr. (Finis evangelii secundum Marcum, initium evangelii secundum Lucam et finis evangelii secundum Ioannem desiderantur.)
1649. 410. Evangelium secundum Lucam c. prologo et comm. anon.; saec., ut videtur, XIV. membr.
1650. 411. Pauli epistola (apocrypha) ad Laodicenses; Hieronymi prologus in epist. canonicas, quem subsequuntur epistolae canonicae Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae; canones epistolarum Pauli, additis praefatione Hieronymi et nonnullis patrum textibus ad easdem pertinentibus; saec. IX., caractere Carolovingico, membr. fol. (Omnes sacri textus paginae scholiis ad marginem et inter lineas refertae sunt. Is codex fuit olim monasterii S. Vincentii Metensis.)
1651. 412. Augustini de genesi ad lit. lib. XII; praecedunt nonnulla de Pauli ac Petri passione; saec. XII. membr. (Fuit olim S. Vincentii Metensis.)
1652. 413. Analysis vocum Hebraicarum in VIII. capita priora genesos, manu recentiore scripta.
1653. 414. P. Roverii commentariae disquisitiones in Leviticum.
1654. 415. Hieronymi comm. in libros paralipomenon c. not. ad marginem recentiore manu appositis, praemissis de historia tripartita versiculis; saec. IX. caractere Carolovingico, membr. (Folia priora et ultima a blattis sunt laesa.)
1655. 417. Augustini et Petri Edacis tr. in psalmos; Mag. Petrus (Lombardus) sup. psalterium aliaque cantica, symbolum, orationem dominicam et symbolum Athanasii; saec. XIII. membr. (Duabus columnis, forma maxima, nonnihil est mucidus. Hunc codicem domina Sophia dono dederat olim monasterio S. Vincentii Metensis.)
1656. 418. Augustini tr. in psalmos, a LI. ad LXXII.; eiusd. soliloquia; eiusd. tr. de vita beata; anon. ratiocinatio. utrum omnes velint esse beati; disputatio Christiani et Iudaei; Bedae explanatio in cantica canticorum; saec. XII. exeuntis, membr.
1657. 419. Augustini tr. in psalmos, a CL. ad CL.; saec. XI. membr.
1658. 421. Hervei, monachi Dolensis, expositionis in Iesaiam lib. VIII; saec. XII. membr. (Duabus columnis versus finem superior ora patrescit.)
1659. 422. Hieronymi prologi et versio Ezechielis, Danielis, Hoseae, Ioëlis, Amosi, Ionae, Michaëae, Nahumi, Habacuci, Sophoniae, Haggaei, Zachariae, Malachiae, Iesiae et epistolarum Pauli; gl. super prophetas, evangelistas et Pauli epistolas; excerptum ex vita S. Martini, episc. Turonensis, paulo recentiore manu scriptum; saec. IX. membr. (Notatur hic codex S. Vincentii Metensis.)
1660. 426. Sedulii collectanea in Matthaem ex diversis patribus excerpta; saec. IX. exeuntis, membr. (Prima pagina plane est detrita prioribus foliis a blattis laesa. Citat hunc codicem Labbeus in dissertt. de scriptor. eccles.)

- Meerm.
1661. 427. Bedae, presb., comm. in evangelium sec. Marcum; saec. XI membr.
1662. 429. Augustini tr. in Ioannis evangelium; saec. X. caractere Saxonico (paucis foliis exceptis) et binis columnis exaratus; membr. (In fine legitur: Adalhartus scripsit istum librum; ac deinde caractere maiusculo: Deodericus humilis Scé Mettis minister hunc codicem Scó Vincentio contulit sub iugulo anathematis.)
1663. 430. Augustini tr. in Ioannis evangelium; saec. XI membr. (Duabus columnis; initio et in fine superior ora nonnihil est detrita.)
1664. 431. Bedae, presb., comm. in acta apostolorum; eiusd. expositio apocalypseos; anon. sermo de auctoritate domus dei et sancti altaris ex Isidori dictis; Hieronymi comm. in librum Danielis; lib. synodalis Theodulfi, episc. Aurelianensis; eiusd. tr. de baptismo, de chrismate sacro et de eucharistia; eiusd. sermo ad synodum de catholica fide et tres alii sermones synodales; dicta Damasi P. ad episc.; ordo Hispanorum in celebratione conciliorum; dicta Petri apostoli in concilio, excerpta ex variis scriptoribus, et ex dictis Clementis, Anacleti, Evaristi, Telesphori et aliorum patrum; ordo celebrandi concilii apud Lemovicas; ordo Lemovicensium de diligentia corporis domini, sive de synodo bis in anno ab episcopo celebranda c. presb. et reliquis clericis; sermones et dicta, excerpta ex SS. patrum libris, in fine mutila; saec. XI membr.
1665. 433. Clementis Alexandrini adumbrationes in epist. canonicas; Didymi expositio in eadem epist.; Bedae expositio in acta apostolorum c. ipsius retractatione in eadem acta; eiusd. tr. sup. epist. canonicas; eiusd. epist. ad Accum; saec. XIII membr. (Fuit olim Carthusiae Montis Dei.)
1666. 434. Variantes lectiones ex codice ms. pervetusto ad expositionem Rabani in evangelium Matthaei, Colon. 1626, c. indicibus operum Augustini etc. (duo quaterniones)
1667. 435. Lib. sacramentorum, sive sacramentarium ecclesiae Romanae c. martyrologio in fine ac nonnullis canonibus ad poenitentiam pertinentibus; saec. XI. ineuntis, membr.
1668. 437. Dionysii Areopagitae lib. IV de coelesti hierarchia, c. eiusd. epistolis, ex translatione et c. expositione Ioannis Scoti Erigenae; saec. XI. membr.
1669. 438. Irenaeus, Lugdunensis episc., contra omnes haereses; saec. XI. membr. (In fine est mutilus, III prioribus foliis sordidis.)
1670. 439. Origenis homiliae in heptateuchum, interprete Hieronymo; saec. XI. membr.
1671. 441. Gregorii, Neocaesariensis episc., expositio fidei; Athanasii, episc. Alexandr., epistolae ad Epictetum, Corinthiorum episcopum, et ad episcopos per Africam constitutos; eiusd. confessio Ariana et catholica; eiusd. de unitate et trinitate lib. I.; eiusd. de propriis personis et unito deitatis nomine lib. II.; eiusd. de assumptione hominis contra Marcellionem lib. III.; eiusd. lib. IV. de singulis nominibus contra novellas haereses cuiusd. Potentini Urbici; eiusd. lib. V. de una ac sempiterna substantia trinitatis; eiusd. lib. VI. de beatitudine filii et de proscriptione sectae pessimae; eiusd. lib. VII. de professione regulae catholicae c. increpatione haereticarum; idem de trinitate etc.; regulae definitionum, prolatae ab Hieronymo contra haereticos; Augustinus, de

Meerm.

- incarnatione domini; eiusd. expositio fidei catholicae; eiusd. lib. ex disputatione habita c. Feliciano; eiusd. lib. disceptationum adversus comitem Pascentium, Ariannum, praesente Laurentio, viro clarissimo, iudice; eiusd. commonitorium ad universam ecclesiam destinatum, sub qua cautela Manichaei, si conversi fuerint, suscipi debeant; eiusd. forma epistolae de quodam episc. ipsius sectae; eiusd. homilia de symbolo et omnipotentia patris; idem de domino nostro Iesu Christo, quod sit idem c. patre etc.; eiusd. homiliae VII de symbolo et de spiritu s. etc.; idem de eo quod neophytis ex oleo sancto aures et nares a sacerdotibus inliniantur; idem de mysterio baptismatis; idem de unctione capitis et de pedibus lavandis; ex libris eiusd. excerpta varia; eiusd. lib. contra quinque haereses; idem de fide catholica (omnia autem haec opera Augustino supposita habentur); Cyrilli Alexandr. epist. ad Nestorium; capitula Nestorii blasphemiarum; exemplar expositionis falsitatis fidei Nestorii; saec. XI. ineuntis, membr.
1672. 442. Methodii episc. de consummatione saeculi lib. (in editis, dictus revelationes), cuius duo articuli desiderantur; opusculum Bonaventurae, cui titulus: parvum bonum (in editis, incendium amoris); Methodii fragmentum, ad cuius calcem legitur: Explicit de consummatione saeculi tractum et abbreviatum compendiose ex originali, quod fuit originaliter compositum a Methodio episc., qui pro Christo in Graecia martyrisatus est; summa Mag. Archimatei de secretis medicinae; opera quaedam fratris Nicolai, ordinis Praedicatorum, quorum initio legitur: Incipiunt experimenta de animalibus fratris Nicolai Medici de Polonia qui fuit in monte Pe . . . . Zoannia, qui tantas fuerat experientiae, quod ante ipsum non creditur similis ei fuisse, nec speratur de futuro, ut patet in miris operibus suis in diversis provinciis et regionibus causas magnas et subitas faciendo; eiusd. antypocras (?), seu lib. empiricorum; opus metricum; anon. lib. medicaminum; saec. XIII. membr.
